

B. M. II, 121.
H. 28, 16.

HIEREMIAE SETSERI SILES. IC.



Legatus:

*Sive de Legatis Principum &
Rerum publ.*

Discursus politicus:

in quo pars illa juris publici

quæ de Legationibus,

earumq; jure est,

diligenter explicatur:

& pleraq; questiones; quæ

ad officium, dignitatem, autoritatem, & excellen-
lentiam Legati & hominis politici perti-
nent: excutiuntur:

Publicè ab autore ad exami-

nandum propositus, in illustri atq; celeberris
ma Academia FRANCOFORDIANA

Respondente

IOANNE-ERNESTO à VVORM
nobili Thuring.

Disputatio fiet, Deo dante, a. d. XVII. Ianuar. Ann. 600.
in auditorio majori.

Typis Andrea Eichornis.

[1600]



Illustrissimo Celsissimoq̃

Principi ac Domino: Dn.

FRIDERICO
GVILHELMO, DVCI
SAXONIAE,

Tutori, & Electoratus Saxonici
Administratori hereditario &c:

Landgravio Thuringiæ,
Marchioni Misniæ, &c.

Domino suo Clementissimo ::

Has discursus politici
assertiones

In { *Devota subjectionis*
&
Debita gratitudinis } *testificationem*

Humili animo

& obsequio

D. D.

Ioannes Ernestus à Worm.

Respon.



DEO PRAEEVNT:

DISCVRSVS POLITICI

DE

LEGATIS PRIN-
cip. & Rerumpubl.

Assertio I.



Qvod de procuratore scribit Ulpian. noster in l. 1. § fin. D. procur. usum Procuratorum in Republ. perquam necessarium esse, ut qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt vel non possunt, se rem per alios possint vel agere, vel conveniri: id de Principum & Rerumpubl. Legatis dici multo rectius potest.

Vius Legatorum.

II.

Nam & horum negocia plerumq; non nisi per Legatos, & per interpositas personas explicari & tractari solent.

III.

Neq; enim Principes ipsi singulis negociis in tanta causarum multitudine superesse: nec Respubl. quæ corpus quoddam

A 2

univer-

universale compræhendunt, aliter vel agere commodè, vel con-
veniri possunt, nisi aliquo Legato constituto, qui totam univer-
sitate[m] repræsentet. *Spec. ut. de Syndic, n. 5.*

IV.

Non igitur usus tantum Legatorum est amplissimus &
antiquissimus: sed illorum quoq; officium magnam prudentiæ
politiciæ partem continet: in qua sæpè magno cum suo &
Principum atq; Rerumpubl. detrimento peccant, qui Legatio-
nes parum cautè suscipiunt, aut minus dextrè administrant,
quod quotidiana experientia satis testatur.

V.

Nec dubium est, quin Legatus, qui & Os & Cor Principis
rehtë appellatur, plurimum suo Principi commodare possit, si
legitimè & feliciter suo munere perfungatur.

VI.

Quæ cum ita sese habeant, operæ me-precium facturum
esse existimo, si de universo jure Legationis aliquid in medi-
um proponam, & quid Legato imprimis observandum sit, quid
ab eo requiratur, ut amplissimæ suæ functioni cum laude &
emolumento satisfaciatur, breviter quidem, sed tamen plenè &
sufficiens compræhendam.

VII.

Qua in re non istud agã, ut quemadmodũ in scholasticis um-
braculis fieri solet, idæam quandam & imaginem complectar,
cujus amplitudo animo quidem compræhendi, usu probari non
possit: sed optimorum & sapientissimorum politicorum, &
summorum ICtorum, qui non in umbra versati: sed in media
Republ. exercitati, Legationib. amplissimis perfuncti sunt, ve-
stigiis insistens, ea compræhendam, quæ vel ipsi literis com-
plecti, & longo usu atq; diuturna rerum gravissimarum obser-
vatione eruditi, agendo expresserunt, vel aliis ad imitandum
commendare voluerunt.

De no-

De nominib. Legatorum:

VIII.

Legatorum itaq; nomen latissimè patet, & aliquando pro quovis magistratu sumitur, cui obeundi muneris alicujus, foris præsertim, officium delegatur: aut cui patria vel provincia aliqua gubernanda creditur. *6. novit. offic. legat.*

Nomen Legatorum.

IX.

Aliquando ii, qui cujusq; negotii causa oretenus expediundi aliò mittuntur, communi nomine Legati appellantur.

X.

Priores sunt, qui bellica Legatione apud Impp. Ducesq; exercituum funguntur, & Imperatoris vicem subeunt: *Cic. pro Balb. Franc. Patrie. 2. de inst. Reipubl. tit. 5. circa fin.*

XI.

Et qui magistratibus similem fiduciarium operam in officio administrando præstabant. *Cæsar. 2. de bell. civ. ut Legati Pro consulum, qui Consulib. consultorum loco addebantur in provinciis profecturis. l. legatus. D. offic. procons.*

Legati pro consulum.

XII.

Talis etiam Pontificius Legatus, quem in exercitibus bellica pro Papa Roman. tractare, notat Guicciardin. *lib. 14. & quem constitutio Pontific. Legatum à latere appellat. c. 1. offic. legat. c. 2. eod. tit. in 6. c. 1. appell. c. placuit. 7. q. 1.*

Legatus à latere

XIII.

Dictus à latere, quod proximus Pontificiæ potestati sit *6. mandata, præsunt.*

XIV.

Tales Cardinales, qui à Papæ latere & ejus Senatu in certam provinciam destinantur. *c. ad eminentiam, sens. excommun.*

Cardinales.

XV.

Nam reliqui qui à sede Apostolica mittuntur, non ex Pontificis latere assumpti, missi appellantur ab interpretibus, aut Legati simpliciter. *tit. tit. de offic. legat.*

A 3

Talis

Legatus Cæsa-
ris.
Præses provin-
cie,

XVI.

Talis fuit etiam Magistratus olim, quem dixere Legatum Cæsarum, sive Imperatoris, qui Provinciae Præses erat, ut traditum est à Venulejo. *in l. 12. D. accusat.*

XVII.

Hoc enim nomine Præsides, qui ab Imperatoribus in aſsumtas sibi provincias mittebantur, à Præsilibus distinguebant, quos in provincias suas mittebat populus. *Dio. lib. 53. Tacit. 1. annal.*

XVIII.

Et qui re bene gesta, dispensandæ, cohonestandæq; victoriæ ab Imperatoribus designabantur.

XIX.

Vicarii, locum
regentes.

Hodie vulgò *vice Reges, vice duces, vicarii, Locum tenentes* appellantur. De hoc legationum genere pulcrè *Alex. ab Alex. 6. gen. dier. c. 8.*

XX.

Nostrium institutum ad alterum tantum legatum, qui magistratus non est, spectat.

XXI.

Orator.
Interpres.
Nuncius.

Hic Legatus aliquando *Orator. l. Lege Julia. D. ad L. Jul. de vi publ. Liv. lib. 2. 5. 6. 24. 25. & interpres: Manut. in epist. 9. ad Brut. & Nuncius, Cic. 1. Tusc. & in Vatin. vocabulis scilicet latioribus nuncupari solet.*

XXII.

Lapsus Budæi.

Nec Budæo assentiendum est, qui Oratoris vocabulo eos tantum Legatos propriè significari censet, qui deprecabundi veniunt: *Gent. 1. de legat: c. 2.*

XXIII.

Legati unde di-
cti.

Dicti procul dubio *Legati à legendo*, quod publicè lecti mitterentur, ut ait Varro.

XXIV.

Sicuti præstantes viros etiam egregios & lectissimos vulgò dicimus

dicimus, & Græci non alia ratione ἔκκριτες, προκρίτες ἢ ἀπο-
λαίτες.

XXV.

Quibusdam *ambassadors* dicti sunt, ἀπὸ τοῦ ἀμφαδίζειν, <sup>Ambassadors
Italici</sup>
quod mittere est, ut & eosdem ἀγγέλλεις eodem nominis ety-
mo dicere possemus.

XXVI.

Aliquando *responsales* vocantur in jure Can. Legati ^{Responsales}
Pontificii. c. *salonitana*. dist. 63. & ibi Joan. de Turrecrem. n. 7. quod
responsa Pontificis ad eos deferant, ad quos mittuntur pro Le-
gatione.

XXVII.

Nonnunquam etiam *Caduceatores* appellati sunt, quæ ta- ^{Caduceatores}
men speciei tantum fuit appellatio, nec propriè ad generis signi-
ficationem accommodari potest.

XXVIII.

Tantum enim in bellis & armorum strepitu, & ardore
præliorum, certè inter hostes tantum *Caduceatores* interveni-
ebant.

XXIX.

Et sic in bello tantum fuit horum legatorum usus.

XXX.

Tametsi bellicum & hostile nihil ab ipsis audiebatur.

XXXI.

Pacem enim *Caduceatores* orabant, offerebantvè: indu-
cias petebant, corpora repetebant ad sepulturam: potestatem
dari redimendorum, permutandorumq; captivorum rogabant,
si nile aliquid agebant, dicebant: quæ à ratione belli omnia
dissita sunt.

XXXII.

Et inde Festus *caduceatores* appellat Legatos pacem
petentes.

XXXIII.

Appellatione tracta à Caduceo, quem Græcorum ^{Caduceos}
Legati

Legati gestare solebant, alias Cerycio. l. 8. D. rerum divis. Cery-
cia enim Caducei sunt, Eustat. 17. 2. & ceryces, caduceatores.

XXXIV.

Cerycium. Erat autem Cerycium baculus, qui symbolum sit, caduce-
atorem cum esse, qui baculum portat.

XXXV.

Et baculus est, ut scribit Suid. lignum (sceptrum dici-
tur) habens ab utraq; parte insculptos duos serpentes invicem
implicatos, & se mutuò respicientes, quale illud Mercurii pi-
etum visitur, cuius meminit Plin. lib. 29. nat. hist. & Macrobi. lib. 1.0
Saturnal. Buda. ad l. sanctum. D. rer. divis.

XXXVI.

Lignum quidem rectum symbolum recti sermonis.

XXXVII.

Illaq; anguium invicem se contuentium species, castris
opposita castra significat. Pier. Valerian. in hieroglyph. lib. 15. c. 2.

XXXVIII.

ἑπισκοποί,
φύλακες.

ἄρμοσάι

Athenienses ἐπισκόπου & φύλακες, inspectores & cu-
stodes nominabant eos, quos in suæ ditionis urbes ad statum
rerum cognoscendum & constituendum mittebant: sicut ἄρ-
μοσάι, id est, coagmentatores seu compositores vocabantur,
quos Lacedæmonii. Suid. & Cel. lib. 18. lect. antiq. c. 3.

Definitio Legati.

XXXIX.

Definitio Lega-
ti:

Definiri in proposito Legatus potest, quod sit, qui publico
aut sacratiori nomine ad Rempubl. personamvè aliam sacra-
tiorum, ob rem publicam aut sacratiorum missus sine imperio
est, rei dicendæ agendæ causa. Gent. lib. 1. c. 2.

XL.

Dixi: *Nomine publico*: quo verbo excludo primò
Nuncios, qui inter privatos sunt, qui propriè legati non sunt.

Deinde

XLII.

Deinde *allectos*, sive deputatos, qui ad privata nego- Allecto.
cia dimittuntur. Hanc enim statuit magistri differentiam in-
ter legandi & allegandi verbum, ut publica illud, hoc privata
negocia respiciat.

XLIII.

Dixi: *sine imperio*: Illos enim Legatos, quos *nomina-*
vi supra: nolo hac definitione contineri.

XLIV.

Sunt enim illi cum imperio omnes, sive illud proprio
nomine habeant, sive alieno. *Manut. in 3, Verrin. & epist. ult. lib.*
12. famil. contra Lambin. & Hot.

XLV.

Noster Legatus nullam habet jurisdictionem, nullum im-
perium.

XLVI.

Dixi: *sacratiori nomine*: Non enim tantum publico, sed
aliquando etiam sacratiori, quam publicum est, nomine, aut ad Sacra legatio.
personam sacratiore, & ob rem sacratiore Legatus mitti-
tur, qualis is est, quem aut a Deo missum, aut ad Deum remve
divinam appellamus. *Gen. 1. c. 2.*

XLVII.

Tales sunt *Apostoli, Angeli*, atque hujusmodi alii à Deo Apostoli.
Angeli.
Deorum nuncii.
missi, & ii, quos *Deorum nuncios* sibi finxit gentilitas.

XLVIII.

Sed & *Dæmones, & aves, & somnia* huc p'eriq; Dæmones, aves,
somnia.
referunt. Xenoph. in Conu. P' ut in Conu. & in Epin.

XLIX.

Plato quoq; lib. 4. de Republ. *oraculum Delphicum*
ea ratione interprete non mortalibus omnibus vocat, quod Deo- Oraculum Delo-
phicum.
rum consilia hominibus referebat: & propter sacram hanc lega-
tionem suam in Republ. retinuit.

B.

Hi

XLIX.

Hi enim sacri Legati ad templa, Deorum, rem divinam ut agerent, oracula consulerent, munera portarent; legabantur.

L.

In harum legationum catalogum referunt nonnulli eas legationes, quæ à Romano Pontifice, vel ad eum fiunt: huic enim multum divinitatis adfingitur. Sed de alia nobis legatione hoc loco agendum est.

LI.

Species Legationum.

Alia igitur *Legatio inter homines met* est. quam fieri dixi: rei dicendæ aut agendæ causa: Nam sunt quidam Legati, qui nullam rem dicere, sed aliquam agere habent.

LII.

Qui munera, qui literas, qui rem aliam ferunt, qui veniunt præsentiam tantum in re aliqua exhibitori, aliudvè quid facturi, si ex potiori parte, si ex fama nomina rerum sunt, factorum Legati non ineptè dicerentur.

LIII.

Qui sola facti illius expeditione omnem legationem absol-
vunt.

LIV.

Huc referri posse videntur nostrorum temporum legationes, quæ in id solum sunt, ut præsentia ipsorum illustre magis reddatur, quod agitur. *Gent. l. c. 6.*

LV.

Legatio factitia.

Ad hanc factitiam (ut sic dixerim) legationem refert *Burdæ*: etiam illam, quam *pronubam legationem* appellat *lib. 1.*

Legatio pronuba.

de ass: quæ ab eo peragi dicitur, qui matrimonium pro absente contrahit Principe: cui tamen omnes non assentiuntur: nam verbis tota hæc res peragitur.

LVI.

Sunt autem res ob quas publicum Legationis nomen tribuitur, aut publicæ aut privatæ:

Prior

LVI.

Prior legatio vel in nomine manet sui generis, vel publica etiam appellatur: posterior libera nuncupatur.

LVII.

Illam autem negotii est, aut officii, aut temporis: altera, quia libera est, nulli certae rei adstringitur.

LIX.

Legatio ad negotium, vel ad pacis est, vel ad belli.

LX.

Pacis negotia nominamus, quaecumque bellicam actionem non sapiunt: & inde *legatio pacificatoria* vocari potest. Legatio pacificatoria.

LXI.

Bellicum legatum non ex Cic. sensu dicimus, sed qui Legatus bellicus. missus citra imperium est, publico aut principali nomine bellum indicere, aliudve hostile significare.

LXII.

Tales apud Romanos *Feciales* fuerunt, quorum missio erat Feciales. praebulum quasi ad bellum. *Liv. lib. 4.*

LXIII.

Nec refert, quod Tassus nullum belli Legatum agnoscit, sed omnem Legatum pacis virum esse contendit.

LXIV.

Adeoque ut alicubi scribit Xenoph ex Socrat. *lib. 4 de dict. & fact. Socrat.* Legati officium sit, amicum ex hoste eum redere, ad quem proficiscitur.

LXV.

Etsi enim ipse quidem non ferit legatus: tamen quia mandatum habet, bellum denunciare jubens, nulla ratio prohibet eum bellicum vocari. *Gent. d. 6. circa fin.*

LXVI.

Hodie qui ad bellum denunciandum proficiscuntur, *Araldos* dicimus. *Buda. in l. 7. D. rev. divis.*

Arald.

B 2

Hi

LXVII.

Hi veste velantur distincta, signataq; illius Principis insignibus à quo mittuntur. Solemnia denunciationis describit Liv. lib. 1. Gell. 1 6. noct. Attic. c. 4. Halicarnass. lib. 2. Plut. in Num. Boet. lib. 1. de bello. c. 6. Obrecht. de iur. bell. th. 888. & seqq.

LXVIII.

Officiosa Legatio
119.

Officiosa legatio est, quæ officii & honoris causa suscipitur.

LXIX.

Sic ad prosequendum Scipionem officii causa undiq; ex tota Sicilia legationes convenisse, ait Liv. lib. 29.

LXX.

Talis fuit illa legatio, quæ à provincialibus mittebatur ad hominem laudandum, qui magistratum apud eos gessisset, quæque veritatem scribit Tacit. lib. 1 5.

LXXI.

Tales legationes quæ ad gratulandum, aut dolorem significandum sunt, quarum plurima huic inde exempla. Gentil. 1. 6. 7.

LXXII.

Talis legatio Carthaginensium, qui post gloriosam victoriam, quam Romani ab Samnitibus reportarunt, Legatos Romam miserunt, ut de ea publico nomine gratularentur, cum coronæ aureæ dono, quæ in Capitolio poneretur.

LXXIII.

Ejusmodi legationis mentionem facit Paul. IC. in l. qui mittuntur. 35. D. ex quibus causis maior.

LXXIV.

Tales etiam sunt legationes, quibus gratiæ aguntur: tales legari Davidis, qui id pro Saulis agerent sepultura. Sam. 2. c. 2.

LXXV.

Planè hæc Legatio etsi officii appellatur: habet tamen aliquid necessitatis. Unde etiam offensio sequi solet prætermis-
sis his legationibus, quoniam omni officio præterito id fiat: & contemptus videtur is, in quem finimus officia nostra desiderari.

Sic

LXXVI.

Sic Papa, si Diis placet, indignabatur quandoq; Regi Hispaniarū, quoniam ad se non miserat Legatos Rex, qui creato Pontifici adorationem pro more exhibuissent. *Guicciardin. lib. 7.*

LXXVII.

Vna restat Legationis species, *Legatio libera*: quæ est *Legatio libera*,
ejus qui publico Legati nomine commendatus, ornatusq; re ipsa
ob privatam exit occasionem.

LXXVIII.

Similis scilicet procuratori, quem dicunt in rem suam
Jurisconsulti.

LXXIX.

Hæ legationes ornamentum tantum causa impetrari sole-
bant, quo gratiosiores ad sua hi essent negocia, qui impetrant;
aut honestius se saltem haberent, ubi degerent, otio vè cum di-
gnitate fruerentur. *Genl. 1. c. 8.*

LXXX.

Sic Tiberius, dum Rhodi manet, ad velandam, nescio,
quam ignominiam, consecutus fertur, ut quasi Legatus ab Au-
gusto abesset. *Sueton. in Tib.*

LXXXI.

Et Cic. quo magis à curis quibusq; vacuus dare com-
mentationibus operam valeret, voce Attici *lib. 1. de Ob.* Lega-
tionem istam cessationemq; liberam et otiosam sibi exoptat.

LXXXII.

Et in 1. *Philipp.* propter Antonium scribit se jus liberæ
Legationis habuisse.

LXXXIII.

Sic appellata, non ut Cujac. visum 9. obs. 29. quod *Libera legatio*
nullo sit finita tempore: (nam lege à Cicerone lata annum ten-
tus hisce legationibus præstitutum est, ut scribit *lib. 15. ad Att.*
epist. 6. & ut Turneb. annotavit *lib. 3. de legib.* L. Julia da-
tum eis, quinquennium) sed quod introire in urbem, &
rursus

rursus exire liberam Legationem habentibus liceo-
ret.

LXXXIV.

Hæc legatio non nisi ex magna causa permitti solebat:

LXXXV.

Et lege cavebatur, ne quis suæ rei Legatus esset, ut po-
te in fraudem creditorum, & ad protelandas controversias, si-
cut eam legem interpretatur Cic.

LXXXVI.

Nam ei qui are alieno obstrictus est, legatione inter-
dicitur.

LXXXVII.

Et qui libera legatione abest, non videtur Reipub. caus-
sa abesse.

LXXXVIII.

Libera legatio
quâdo permittitur.

Votiva legatio.

Causæ autem hujus legationis impetrandæ tres ferè
reperiuntur: Voti solvendi, unde etiam *Votiva* plerumq; ap-
pellatur. periculi vitandi, & hereditatis nominamvè persequen-
dorum. vide *Hott. de verb. iur. Zvving. in theatr. vol. 3. lib. 5. pag. 784*
Bude in annot. posteriorib. in pandect. Legationis quoq; liberæ me-
minit Plut. in Gracib. & Brut. lib. 11. epist. famil. epist. 1. Cic. ad Att.
epist. 2. lib. 4. Alex. ab Alex. lib. 6. gen. dier. c. 3. & ibi Tiraq.

LXXXIX.

Divisio legatio-
nis ex iure Pon-
tificis.

Legati de late-
re.

Iure Pontificio tria sunt Legatorum genera:
Quidam enim sunt *Legati Cardinales*, qui ut supra dixi, vo-
cantur Legati de latere, qui personam summi Pontificis repre-
sentant:

X C.

Legati nati.

Archiepiscopus
Canuariensis.

Quidam sunt *Legati nati*, qui non sunt missi de latere,
sed habent ratione privi legii beneficii possessi potestatem à sum-
mo Pontifice tanquam Legati eius, qualis est *Archiepiscopus*
Canu

Cantuariensis in Anglia, qui præest & jure Metropolitanano, & jure Legationis in provincia. c. 1. offic. leg. c. 1. appellat.

XCI.

Deniq; sunt *Legati missi*, qui mittuntur ad aliquam provinciam, ut in ea reformanda reforment: qui tamen non sunt Cardinales, secundum gl. in c. 1. verb: legati. offic. legat. in 6. Pea regim. lannin. in tr. de citat. real. ubi. c. 1. n. 720. & seqq.

XCII.

Sed hæc particularia: Nos originem Legationis videamus:

Origo Legationum.

XCIII.

Quæritur enim non injuria: *Quando legationum jus & origo cæperit?* Et Belo hoc institutum ascribit Isidor. lib. 4. Origo legationum.

XCIV.

Iosephus ad Deum Legatorum originem refert, qui ob id angelos creavit, ut hoc apud eum munere fungeretur. Vayer. de leg. c. 1.

XCV.

Ego sic statuo, discretis gentibus, Regnis conditis, dominiis distinctis, commerciis institutis, nomen etiam Legationis extitisse.

XCVI.

Discretis enim gentibus & Rebus publ. atq; Regib. constitutis, necesse fuit inter ipsos officia negociaq; intercedere.

XCVII.

Et istæ personæ vel convenire non vult, vel sæpè non possunt, certè ipsæ nunquam civitates queunt.

XCVIII.

Necessarium itaq; (ut de procuratore scribit in simili quaestione Vlpian. l. 1. D. procur.) & illud fuerit, ut alii constituerentur

gentur, qui eas personas referendo, agere possint, quod incumbat.

XCIX.

Hos autem tales esse oportuit, quales Legatos videmus:
C.

Sic à Mose legatos non se nel missos, omnium librorum antiquissimus memorat. *Numer. 20, 21. Deut. 2.*

CI.

Postea solennia supervenerunt, quæ aliis populis alia fuerunt.

CII.

Feciales enim caduceatoresq;, item Legatio libera, ortum a seò vetustum procul dubio non habent.

CIII.

Belli indictio.

Belli tamen indictionem arbitror ab omni ævo usurpatam.

CIV.

Nullum enim justum bellum sine indictione geri potest.

CV.

Et ut Cic. ait, nullum justum esse bellum potest, nisi quod aut repetitis rebus geritur, aut denunciatum prius sit & indictum.

CVI.

Vnde Ioan, Andr. *in c. pro humanis homicid. in 6. & Bl. in l. si manus missor. C. obseq. à libert. prest. dixerunt, speciem proditoris esse, movere arma sine diffidatione, hoc est sine denunciatione belli.*

CVII.

Bella autem quis non credit mox facta illâ gentium discretionem fuisse?

CVIII.

De sacris Legatis, quod cunctu divino vetustius & receptius nihil sit, idem centeo, quod vetustissimi & ipsi fuerint.

CIX.

Tandem à Legationibus provincialium, gentiumq;, fœderatarum

tarum (quas tales mansisse Romæ sæpè existimo) more n hunc ad nos pervenisse puto: auctum scilicet institutis Pontificum Romanorum, qui cum Legatos illos suos habere ubiq; ipsi voverint, id imitati & alii omnes Principes sint.

CX.

Bona occasio fuit, quod inter Principes frequentiora intercedunt negocia, quàm ut commodum sit jugiter Legatos mittere, & non hos potius alterum apud alterum habere semper. *Gent. I. s. ult. in fin.*

De jure legationis.

CXI.

Reliquum est, ut *de jure Legationis* tractemus, quod quale sit, ex prædictis quodammodo intelligimus.

Jus legationis.

CXII.

Constat enim jus legationis divina quadam providentia apud omnes constitutum, & à gentibus etiam barbaris exceptum & manifestum.

Legati sancti.

CXIII.

Recteq; Cic. jus legationum dicit, humano divinoq; vallatum præsidio esse.

CXIV.

Et sanctum jus Legationis consuevisse apud gentes esse omnes, Amylius Probus *in Pelopida* testatur.

CXV.

Et Cic. ait, nomen Legati ejusmodi esse debere, quod non modò inter sociorum jura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur.

CXVI.

Et hoc tam in reditu quàm in accessu.

An in reditu quoq; Legati sint sancti.

CXVII.

Non enim existimandum, minorem esse Legatorum in reditu auctoritatem, minusq; esse aut sacrosantos, aut inviolabiles.

C

Nam

CXVIII.

Nam quod de Proconsule habetur in pandectis, eum dignitatem & fasces retinere, donec urbem Romam ingrediatur:

CXIX.

Id ipsum de Legato verissimè dici potest, qui, donec retulerit, suæq; Legationis singulas rationes exposuerit, sacrosanctus & inviolabilis existit.

CXX.

Quod etsi olim in gravissima controversia disputatum fuisse narrat Fab. in declamat. tamen est verissimum & usitatissimum.

CXXI.

Neq; enim quisquam desinit esse Legatus ante Legationis renunciationem.

CXXII.

Sanctos autem & inviolabiles esse Legatos in ore ferè est omnium:

CXXIII.

Idq; ostensurus Marcian. Jurisconsultus rem altius repetit in *l. sanctum. §. De rer. divis.* sanctos, inquit, dictos esse Legatos à sagminib. herbis quibusdam, quas Legati Pop. Rom. ferre solebant, ut argumentum essent, eos Legatos esse, itaq; consequerentur jure Legationis, ne quis eos violaret.

CXXIV.

Quomodo et Cic. *pro Arch.* Poëta scripsit, Ennium jure suo sanctos appellare Poëtas, quod inquit, quasi Deorum aliquo dono atq; munere commendati nobis videantur.

CXXV.

Deorum dono, quasi imperio & sanctione commendati, ut sint nobis inviolabiles. *Don. lib. 4. com. 6. 1.*

CXXVI.

Sed & Marcian. etymologiam Festus confirmat, qui sagmina vocari ait Verbenas, id est, herbas puras: quia ex loco sancto arcebantur à Consule, Prætorève, Legatis proficiscentib. ad foedus faciendum, bellumq; indicendum.

Et

Sagmina
Verbenas.

CXXVII.

Et hinc *sagmina à sanciendo* quoq; id est, confirmando, *Sagmina vnde dicitur.*
dicta putat Fest. ex Næv.

CXXVIII.

Hæc igitur *sagmina*, has frondes five virgulas, Legati ad hostes ferentes, argumento eo fidem faciebant, se Legationis jure hoc consecutos, ut sacri essent & inviolabiles.

CXXIX.

Vnde sancta Legatorum corpora Varro nominat *lib. 3. de lingv. Latin.*

CXXX.

Queritur de mentita legatione, hoc est, de his qui missi Legati non sunt, & Legationis tamẽ nomen obtinent, an & illi sancti sint, & jura Legationis habeant?
quod tribus modis fieri potest:

An qui mentitur legatio sancti sint?

CXXXI.

Mentitur enim Legationem quis, qui Legatus etsi sit, non est tamen ad eum, ad quem se missum affirmat: mentitur ille, qui ad neminem Legatus est: tandem mentitur, qui nomen Legationis non profert tempore suo.

CXXXII.

Quod ad eos, qui ad neminem legati sunt, attinet, nemo dubitabit, quin non fuerint sintq; jure ullo legationis excipiendi.

CXXXIII.

Nam qui missus non est, is utiq; legatus non est, ut Demosth. ut Cic. ut ipse intellectus naturalis probat.

CXXXIV.

Ad eos quod attinet, qui nomen legationis non proferrunt suo tempore, credo necessarium exemplum ad imitandũ omnibus à Senatu Rom. propositum: ipsis inquit Liv. tanquam Legatis responsum dari non placuit.

Et me.

C 2

CXXXV.

Et meritò : quia suo tempore approbare se Legatos isti neglexerint : regressus verò ad jus neglectum non datur.

CXXXVI.

Et nomen quod spernimus profiteri, mox patrocínio nobis esse, cum id volumus, sanè non debet.

CXXXVII.

Estq, rationis summe, ut quod nolueris, quando debebas, id cum velis, non possis. *l. fin. D. jur. codicill, l. multum. C. reb. al. non alien, l. si genero. C. jur. dot.*

CXXXVIII.

Sed an istud sic accipimus, etsi mandato literisq; perspicuis se mox Legatum iste ostendat ? quod plane arbitror :

CXXXIX.

Vsq; adeò, ut si is Legatus quicquam admiserit quod pœnam mereatur, puniri tanquam nec Legatus possit. *Bl. & Dd. in l. potuit. C. iur. delib. Gent. 2. de legat. c. 2. in fin.*

CXL.

Sed an tuti sint Legati etiam cum iis, ad quos missi non sunt ? Quod stricto jure negandum est : Legati enim ex ipso nomine ad alios non sunt, nisi ad quos legantur.

Legati an tuti sint cum iis ad quos missi non sunt.

CXLI.

Cum aliis ergo jura Legationis non obtinent:

CXLII.

Adde quod si jus Legationis ei non est, qui non publicam cum Principe causam agit, longè erit minus cum isto, qui omnino nullam agit cum eo, ad quem nec missus est.

CXLIII.

Et hæc de stricto, ut ajunt, jure, certissima sunt.

CXLIV.

Nam Legatis etiam ad se non venientibus multa omnem præstare Principem debere, notum magis est, quàm ut confirmari debeat. Sic:

CXLV,

Sic Alexander & his pepercit Legatis Carthaginensium, qui ad Tyrios in eum animandos venerant. *Curt. lib. 4.*

CXLVI,

Legati enim homines pacis sunt: Principes autem Reipubl. personam gerunt: rem curant publicam, delecti ut sacri, sancti mox fient, & hostibus quoq; inviolabiles.

CXLVII.

Pateant itaq; Legatis viæ, quibus ut obstruantur, nulla causa est.

CXLVIII.

Et hoc jus si quando violatum est, gravissima funestissimaq; bella secuta sunt.

CXLIX.

Ob tabellarium interfectum, etiam privato quorundam militum consilio Tiguri arma in Gallos moverunt. *Guicciardin. lib. 10.*

CL.

Et hoc in Legatis divinorum maximè recipiendum est: quos ubiq; sanctos esse convenit.

CLI.

Divina enim Deusq; omnium sunt.

CLII.

Sic Fabius per media Gallorum agmina sacrificatum processit, obstringente religione Gallos, tutusque in Capitolium à sacrificio rediit.

CLIII.

Hodie sacri Legati essent, qui religionis causa ad aliquem Sacri Legati, conventum Ecclesiasticum proficiscerentur. *Gent. 2. 6. 3.*

CLIV.

Planè si Legati mandata perferant, nocitura patriæ, rectè intercipiuntur. Legati quando intercepti possunt.

C 3

Sic

CLV.

Sic Athenienses interceperunt Legatos Lacedæmonio-
rum euntes ad Regem Persarum, ut eum sibi adjungerent contra
civitatem Atticam. *Thucyd. lib. 2.*

CLVI.

Et *Liv. lib. 3. decad. 3.* narrat Romanos cepisse Legatos Han-
nibalis, euntes ad Regem Macedonicum.

CLVII.

*Quæritur de iis: quibus quidem Legati nomen
constat, sed missi tamen sunt ob aliam causam Verius,
veluti, qui speculandi causa Verè mittuntur, atq; id
ut faciant tutius, nomine illo sanctissimo muniuntur?
Et nego speculatorem jure Legationis frui debere:*

CLVIII.

Non enim pro Legatis habere, nec probare possum, qui
Legationis prætextu non hostes modò, sed ipsos etiam confæ-
deratos illudunt ac circumveniunt.

CLIX.

Ita tamen ut cum eo durius agi non possit, quàm ut non ad-
mittatur, vel expellatur admissus.

CLX.

Antiochus certè Legatum hujusmodi ad se Roma missum
regaliter & perhumaniter tractavit.

CLXI.

Et Aul. Posthumius Volscorum Legatos nulla injuria affe-
ctos remisit, qui sub honestæ legationis specie Romanas legio-
nes exploratum venerant.

CLXII.

Quod scilicet legationis nomini, quod præ se ferebant,
plus dádum censuerit, quàm facinori certo rependendū. *Dionys.
Halicarnassa. lib. 6.*

CLXIII.

Et hoc nisi fieret, improbis lata panderetur janua in Lega-
tos

An legati specu-
landi causa mis-
si tuti esse debe-
ant?

ros omnes delæviendi, si sit ius nomine Legati quempiam spo-
liare, subditumq; sibi reddere : quod cum ipse iudicet explora-
torem, non legatum advenisse.

CLXIV.

Adde quod speculator missus probari vix potest, si est
certum nomen legationis.

CLXV.

Non ex eo, quod deprehenditur omnia exploratoris mo-
re agere.

CLXVI.

Nec enim ex hoc inferitur, eum non esse legatum : ut ut
inferamus malum esse legatum.

CLXVII.

Est verò hæc alia quæstio de improbo legato à nostra, in
qua, si omnino Legatus non est, quicquid nominis præferatur,
dispicimus.

CLXVIII.

Planè si constaret exploratorem venisse, & jam speculatum
esse, dimittendum esse minimè arbitrarer : ne certa delictis se-
curitas proposita sit : *ex trad. per Gent. 2.6.4.*

CLXIX.

Si enim speculator puniri non potest, sed tantum dimitti,
quid id est, nisi compotem voti facere speculatorem ?

CLXX.

Is enim discedere mox omnia speculatus volet, & missus
in hoc erat.

CLXXI.

Aliud est, si in ipso legatorum adventu versemur : tunc
enim ipsos dimitti, aut potius rejici, æquius est.

CLXXII.

Etenim iure gentium non puniri propositum certum est,
tantumq; facta respici, & res facti.

CLXXIII.

Similis

Legatus moram
si aut frustretur
di causa missus
an tutus sit.

Similis est hæc quæstio: *Si Legatus mittatur in hoc
solum, ut moretur, frustretur ludat eum cui missus est;
queritur quid juris!*

CLXXIV.

Et extat Cæsaris exemplum, qui detinuit. *lib. 4. bell. Gal-*
lic. extat contrarium Gallogræcorum, qui dimisere. Liv. lib. 44.

CLXXV.

Et sanè ipse arbitror inviolatos non esse dimittendos.

CLXXVI.

Rem enim maximè improbabilem ab his legatis agitari,
nemo est qui neget.

CLXXVII.

Maximè, si jam frustrati sint, quemadmodum in præce-
denti quæstione dictum est.

CLXXVIII.

An legati tuti
sint, si ipsis inter-
dictum esset, ne
venirent?

*Queritur: An jus adsit Legationis illi, qui
nomine regis Legatus advenit, sed interdictum cum
esset Legationibus ab eo, ad quem itur? ut cum
Ætolis denunciatum esset, habitos eos iri pro ho-
stibus si Legati venirent? cum Coriolanus intermis-
sus est, pro exploratoribus se ducturos, qui adfue-
rint?*

Et iis in causis, in quibus licitum est vetare ne le-
gati accedant, arbitror missis jura legationum non manere.

CLXXIX.

Si enim prohibere licet, mittere non licet:

CLXXX.

Illicitis autem jus non adsistit.

CLXXXI.

Videre tamen oportet, ut aliqua ex causa fiat hæc prohibi-
tio: alioquin jura gentium immutabilia mutari, tolliq; à nemine
possunt.

Sic

CLXXXII.

Sic Annibalem, quod legatos Romanos non admiserit, & ita jura gentium sustulerit, accusat Liv. lib. 2. 1.

CLXXXIII.

Ex causa tamen fieri potest, ut legationes non admittantur.

CLXXXIV.

Sic in pio homini legatione non interdici posse arbitror, si mora fieret rebus agendis, si dignitati labe aspergeretur, si quod periculum crearetur ex hac facultate mittendi legatos, & similes justae sunt causae prohibitionis: Scip. 2. 6. 5.

Causae ex quibus Legatio prohiberi possit?

CLXXXV.

Planè supplices recte accedunt, etiam qui accedunt prohibiti.

Supplices prohiberi a possunt?

CLXXXVI.

Supplices enim Deo curae sunt, & ut inquit Cic. 1. de invent. ut supplicum misereamur, vulgò omnes probant, & in supplices saevire ferinum penitus esset.

CLXXXVII.

Præclare Platò 5. de lb. omnium tum in cives, tum in peregrinos maximum est peccatum, quum peccatur in supplices: DEVS enim afflicti supplicis custos eximius.

CLXXXVIII.

Sed quid si interdictum non est Legationi, is tamen qui nunc mittit, causam aliquam præbuerit aliquando, quæ faciat ne et suis Legatis jus Legationis præstetur? veluti, quod violaverit Legatos alterius, ad quem nunc mittit ipse? Et verius dicitur, legatos ab hujusmodi Principe ad alteram tutò non ire, cui jura legationis violata sunt.

An legati tuti sint apud eum cui ante iura legationis violata sunt?

D Iura

CLXXXIX.

Iura enim violanti, si jus non præstetur, ei non violari, sed jus reddi creditum est. CXC.

Et fidem frangenti, fides servanda non est. l. cum proponas. la. 2. & ibi dd. com. C. pact. l. Iulianus § offerri. & l. qui pendentem. D. act. emt. l. quero. § inter locatorem. C. locat. l. sive apud acta. C. de transact. l. pollicitat. & ibi B. C. don ante nupt. c. dilectus. de simonia. gl. & Dd. in l. qui fidem. D. transact. Rainald. Cors. lib. 1. indag. iur. civ. c. 28. Catellian Cott memor. incip. fallens. Gail 1. de pac. publ. c. 3 n. 16. D. Schrader. 9. feud. 4. n. 88. Simon Pist. cons. 3 q. 3. vol. 2. D. Cuno 1. de pact. c. 22. n. 86. & seqq.

CXCI.

Et pactum non servans non potest in eo facere fundamentum. Bl. in rubr. in fin. de pact. Panorm. c. quemadmodum. iureiur.

CXCII.

Sicut nec in eo, quod impugnavit, aliquis se fundare potest. c. ex eo. R. l. in 6.

CXCIII.

Et frustra fidem sibi quis persequatur ab eo servari, cui fidem à se præstitam non servavit. c. frustra. & ibi Dyn. Alber. Ancharan. Philipp. Franc. & Dd. R. §. in 6.

CXCIV.

Et frustra petit debitum, qui quod debet, non impendit. Paul. Castr. cons. 70 n. 7. in fin. lib. 1. Vital. Camb. in tr. claus. 15. an alim. renunc. poss. n. 93. per tx. in c. 1. mut. petit.

CXCV.

Et qui non facit quod debet, non recipit, quod oportet. Bl. in c. 1. col. ult. qualit. dom. propr. priv. Bl. in c. 1. §. porro qua sunt prim. caus. J. s. cons. 4. in princ. lib. 3.

CXCVI.

Et agere vovens debet ex parte sua probare debitum impementum. Alex. cons. 119. col. 2. lib. 1. Moron, in tr. de fid. & pac. part. 2. q. 12. n. 17.

CXCVII.

Et data contraventione pri ni, secundus non incidit in poenam. l. sive apud acta. C. de transact. l. si instituta. D. inoff. testam.

Et pa-

CXCVIII.

Et poena à secundo contraveniente non committitur l. si duo § 2. D. arbitr. Br. in l. qui fidem. D. transact. Br. l. cum pater. § libertus. D. legat. 2. Moron. d. q. 12. n. 20.

CXCIX.

Sic Belisarius legatos Gotthorum de inuit donec dimitteret Gotthus Legatos Iustiniani, Domini sui. Procop. 2. de bell. Goth.

CC.

Et Franciscus & Galliarum Rex, cum à Carolo Imp. suum legatum detineri audisset, ipse Imperatoris legatum quoque detinuit.

CCI.

Extra tamen hanc causam legatorum violatorum, legatos violari non oportet, nec si alia gentium jura violata forent.

CCII.

Vt autem is qui jura despexit legationis, indignus judicatus est, cui eadem jura servantur, sed suo se delicto illis privasse creditur: ita ne delinquendo jura hæc quisquam assequatur, longè certius esse ac videri meritò debet.

CCIII.

Qui ergò deficiunt, id est, qui ab his quorum sub imperio vel dominio sunt, desistunt, ii nullas legationes mittere ad illos non audeant, à quibus defecerunt.

An defecto res
tura habeant le
gationis?

CCIV.

Sic Dionysius legatos Syracusanos conjecit in carcerem, quum ea civitas, pulso in arcem tyranno se in libertatem assereret.

CCV.

Nec recipienda Hottoman. sententia, qui jus imò gentium cum defectoribus esse scribit, in qq. illustrib. q. 7.

Hottoman. la-
pius.

CCVI.

Hoc enim neq; lege neq; ratione confirmari potest.

D 2

Quod

CCVII.

Quod de rebellibus defectoribusq; hoc loco definitum est, de his accipiendum est, quos sub dominio fuisse diximus: Nam qui ab amicitia, foedere, comi etiam obsequio defecerunt, his esse jus legationis reliquum adfirmo: ex Liv. lib. 5. 6. 29. Appian. lib. 1. de bell. civ. Gent. 2. c. 7. in fin.

CCVIII.

Prædones & Piratae an iura legationis habeant?

Sed neq; prædones frui legationis jure debent, nec piratae, quibus cum nec belli jura intercedere possunt, qui sunt omnium communes hostes Cic. 3^o offic.

CCIX.

Et qui propter vim publicè malè meriti, digni sunt, non qui maleficii præmium accipiant, aut lucro augeantur, sed potius qui egestate publicè laborent, ut eleganter Triphonius scribit in l. bona fides. D. de pos.

CCX.

An fides latroni data servanda sit?

Sic latroni fidem ne per juramentum quidem præstitam servandam esse, verius dici arbitror: ex iis quæ tradidi in tr. de iuram. lib. 1. c. 20.

CCXI.

Idem C. de fugitivis scribit Flor. lib. 3.

CCXII.

Fugitivi & exules an iura habeant legationis?

De exulibus dubitari potest: Et quanquam à nostris tractentur, an cives esse desinant: illud tamen certissimum est, exulem, si ad interdicta loca redierit, posse vel ex hac contumacia, plecti, nec nomen ipsi posse Legationis opitulari.

CCXIII.

An in civilibus dissensionibus iura Legationis mutentur?

Queritur: An in civilibus dissensionibus iura legationis

ra legationum maneat? Et distinctione quaestio haec componenda est.

CCXIV.

Namq; in dissensione aut pars utraq; totum ad se civitatis statum, aequamve portionem & verbo & facto proponit pertinere; ac legationis utiq; jus inter istos fiet.

CCXV.

Si enim jure civilibellis soluto manet jus legationum, cur non maneat inter cives jure civitatis turbato? *Cic. 3. de finib.*

CCXVI.

Si verò quidam sint, qui tantum sibi nec audeant, nec possint vindicare, his neq; jura legationis, neq; alia jura gentium tribui oportere, decernimus:

CCXVII.

Et rectè *Cic. Philipp. v. 11. 11.* de legato Antonii, portas illi urbis parere non debuisse clamat.

CCXVIII.

Et eum Legatum Romæ (si libuisset) supplicio affici potuisse contendit.

CCXIX.

Subditis enim jus non est Legationis, cum suo Domino: nam & jure civitatis tenentur. *Gent. 2. c. 10.*

CCXX.

Et jus Legationis externo non civi comparatum, à Senatu Romano responsum est: *Liv. lib. 6.*

CCXXI.

At isti seditiosi sunt subditi: nec enim delicto se quicumque nexibus solvit civilib. Ergo. &c.

CCXXII.

Queritur de excommunicatis: An eis jura Legationis salva esse debeant? Et sanè Venetorum Legatos quod extra Ecclesiae communionem positi à Julio Papa fuissent, recipere multi non sustinuerunt. *Guicciard. lib. 8.*

Excommunicati & haeretici an habent iura Legationis?

CCXXIII.

Et de hæreticorum Legatis literisq; non recipiendis Cy-
priani extare epistolas, & Concilium Sardicense ajunt.

CCXXIV.

Sed hæc facti sunt: nobis de jure quæstio est:

CCXXV.

Et sanè judico, ne propter religionis dissidia debeant
jura legationum conturbari.

CCXXVI.

Equidem scimus, Venetorum Legationes ab aliis Christi-
ani nominis Principibus eodem illo tempore admittas, & nunc
à Pontificiis admitti, quæ à protestantibus proficiscuntur, &
contra.

CCXXVII.

Est & cum Mahumetistis commercium legationum.

CCXXVIII.

Et sic apud omnes nunc agitur, & olim quoque actum
est semper.

CCXXIX.

Habent jus Legationis apud Turcam Persæ, qui hæretici
apud Turcam sunt.

CCXXX.

Et Iudæos tum alios tum Israëlitas Legatos admisisse no-
tum est.

CCXXXI.

Sic Græcis ad Latinos, contraq; patuit jus istud, ut ut
altera alteram Ecclesiam schismaticam & hæreticam judica-
rit.

CCXXXII.

Sic hæreticis ad catholicos, ut istis ad eos, patuit.

CCXXXIII.

Religionis enim jus hominibus cum hominibus non est,
sed DEO.

CCXXXIV.

cum

Cum Deo enim communio nobis religione intercedit.

CCXXXV.

Neq; ex religionis dissidio jura gentium violanda sunt, qui igitur pereant legationes?

CCXXXVI.

Adde quod *bella religionis causa movenda non sunt.*

CCXXXVII.

Vt enim fides non hominis, sed tantum DEI donum est, ita quoq; non humanis armis, sed tantum DEI gratia propagari potest.

Camer. in medic. hist. c. 40.

& c. 58. circa fin.

CCXXXVIII.

Ergo in quocunq; religionis discrimine manent jura legationum.

CCXXXIX.

Vnde si non potest jus pacis eo dissidio tolli: minus poterit jus Legationis, quod altero sublato manet.

CCXL.

Itaque viderint Principes, quid agant, dum religionis prætextum in legationum argumentis usurpant.

CCXLI.

Nec recipimus eorum sententiam, qui putant hereticum impunè violari posse: Et fidem heretico datam præstari non oportere.

An fides heretico servanda sit?

CCXLII.

Quinimò contra statuimus, Regi aut Principi Catholico, qui fidem heretico dedit sive juratam, sive injuratam fallere non licere, sed promissa omnino esse servanda.

CCXLIII.

Nam & DEVS fidem datam populo, quem elegerat, servavit.

vavit, quavis populus iste idololatria, superstitione & hæresi, nefariaq; sua à Deo defectione, omnes alias gentes Ethnicosq; à veri Dei cognitione & cultu alienissimos, longè superasset, 2. Reg. 21. vers. 9. Jerem. 2. vers. 10. & seq. & 6. 18. vers. 13. Ezech. 6. 5. vers. 6. & seq. & 6. 16. vers. 48. & seq.

CCXLIV.

Et jure humano fidem pactorum servare lege naturæ jubemur. l. 1. in pr. D. pact.

CCXLV.

Quinimò constitutio illa, quæ pacta servari vult, ab ore processit DEI immortalis, ut loquitur Bl. in rub. extr. de constit. n. 1. in pr. Neviz. inter cons. Albert. Brun. cons. 12. col. 5.

CCXLVI.

Et nihil inter homines majus est fide. Bl. in d. l. 1. n. 2. D. pact.

CCXLVII.

Nec ulla major est justitia, quam illa quæ ex pacto contractibusque oritur. Neviz. d. cons. 12. col. 5. allegans Bl. cons. 366. lib. 3.

CCXLVIII.

Quippe quæ tanta est, ut etiam summus Iehova pactis ac promissionibus obligetur suis. Bl. in d. l. 1. n. 1. Dec. cons. 48. & cons. 286. n. 5. & cons. 292. n. 7. cons. 689. n. 6. & in l. debitori. 7. n. 14. C. pact. Alex. cons. 54. n. 13. qui refert magistrum sententiarum. Decian. cons. 2. n. 100. & cons. 25. n. 21. lib. 1. Vvesenb. in l. 1. n. 3. C. pact. Andr. ab Exea. in tr. de pact. n. 456. Franc. Viv. decis. 141. n. 15. lib. 1.

CCXLIX.

Et sanè si quicquam est in rebus humanis, fidem certè fallere præter cetera grave est. l. 1. de constit. pec. Thoming. decis. 13. n. 36. Frid. Pruckm. de regal. 2. memb. c. 4. effect. 1. n. 10. imò gravissimum, & in primis turpe. Prosper Farinat. in praxi. crim. lib. 1. ff. 4. q. 29. n. 5.

Fide

CCL.

Fide enim quæ est justitiæ fundamentum, sublata, justiti-
am quoq; ipsam tolli necesse est. *Thom. d. decis. 13. n. 16. Fa-*
vinac. d. q. 26. n. 5. sine qua certe regna, imperia, Resque publ. con-
stare nequeunt.

CCLI.

Et cum fidem fallere grave sit quibuscunque, Principibus
tamen gravissimum est, *Decian. cons. 25. n. 26.*

CCLII.

Et ut præclare ait *Bl. cons. 343. col. 2.* fidem fallere gravi-
bus est grave, gravioribus gravius, gravissimis autem, quique
aliis exemplo sunt, gravissimum: quia & ex se malum est, & e-
xtra se malo alios exemplo informat.

CCLIII.

Et sicut in Principe nihil illustrius est, quodq; magis splen-
deat quàm recta erga Deum fides: *l. inter claras §. in pr. C. sum. tri-*
nit. ita nihil quoq; est quod majestati Principis majus adferat
lumen, quàm dictorum factorumq; erga homines fides & con-
stantia: *Lud. Rom. cons. 298. col. fin. n. 3. Decian. cons. 2. n. 105.*
lib. 2. Zas. cons. 15. n. 143 lib. 1. Joan. Petr. Surd. decis. 234. n. 10.

CCLIV.

Non potest igitur Princeps semel datam fidem fallere, quin
omnia simul jura divina & humana pervertat, justitiam evertat,
atq; ita è Principe in Tyrannum degeneret. *Jacob. de S. G. de in-*
vest. feud. verb. princeps n. 2.

CCLV.

Nec fides hæretico data fides esse desinit.

CCLVI.

Nec Deus qui Principi subjecit ll. contractus etiam po-
testati ejus subditos esse voluit. *Bl. in c. 1. in pr. nat. feud. Dec. cons.*
689. n. 5. Fas. in l. civitas. 27. n. 5. D. reb. credit.

CCVII.

Et jus nature principatu longè est potentius: *Bl. in c. 1. §. no-*
tandum est a. n. 2. his qui feud. dare possint.

E

Et

CCLVIII.

Et Princeps licet summam habeat potestatem, est tamen homo rationalis, & ideo rationi naturali, quæ pacta promissionesq; servare jubet, subditus. *Decian. conf. 25. n. 24. lib. 1.*

CCLIX.

Et sicut Principes Domini non sunt elementorum, ita nec promissionum suarum posteaquam eas fecerunt. *Bl. conf. 275. incip. quod pro regula col. pen. lib. 2. Decian. d. conf. 25. n. 26. lib. 1.*

CCLX.

Fidem igitur Princeps etiam hæretico, quam dedit, servare obligatus est, præsertim cum non qualis sit is, cui data est fides, sed quæ Principem, qui fidem dedit, jura obstringant, quæque ei in fidem potestas à jure data sit, spectand. videatur.

CCLXI.

Sic Iosua, fidem, quam Gibeonitis deceptus ille quidem dederat, sanctè conservavit: *Jos. 9. vers. 3 & seqq.* quamvis iustus esset à Iehova omnes illas gentes idololatrias funditus dele-
re: *Jos. c. 6. vers. 20. & c. 8. vers. 2.*

CCLXII.

Et hanc sententiam disertis verbis magnoq; studio tueretur celeberrimus Italiæ Iurisconsultus *Jac. Menoch. conf. 100. n. 219. & seqq. lib. 1.* ubi latè contendit, etiam hæreticis datam fidem servandam esse, & Salomonium, Petrumq; Placam, existimantes. Constantiense Concilium salvos conductos hæreticis promissos non servasse, manifestæ falsitatis arguit. *Idem Menoch. 2. arb. Jud. qq. cent. 4. cas. 335. n. 35.*

CCLXIII.

Similis est de eo homine questio, qui in Principem aliquid ante commisit, quàm ad illum Legationem suscepit: an criminofus ipse vir alterque qui à criminosis mittitur tutò ac rectè in legationes proficiscatur?
Quod Venuleus Ictus definire videtur, qui nec Legatum provinci-

vincialem ejus, quod ante commiserit, criminis, accusandum
respondit. l. 12. D. accusat.

CCLXIV.

In publica enim persona ulcisci privatam non debemus.

CCLXV.

Et injuria, quam privatus sustinueris, non est in magistra-
tu vindicanda.

CCLXVI.

Adrianus imperium nactus, iis quos privatus habuit inimi-
cos, dixit: evasistis, significans, non spectare ad Imperatorem
ista.

CCLXVII.

*Queritur: An qui alterius imperio parere cogun-
tur, jura legationis obtineant?* Et arbitror iis duntaxat
jus Legationis esse, qui ex animi sententia & arbitrio vi-
vunt.

CCLXVIII.

Non enim aliud insignius libertatis symbolum haberi po-
test, quam jus legationis.

CCLXIX.

Ius ergo Legatorum mittendorum illis duntaxat concef-
sum est, qui ex sese, non ex alterius imperio pendent, quiq;
nullo fidelitatis sacramento adstricti sunt.

CCLXX.

Nam populi & civitates, quæ alterius imperio parent, non
modò ad eum quem Principem agnoscunt, cuique fiduciarii ac
feudatarii sunt, suis auspiciis Legatos mittere non possunt, cum
id jure illis non liceat: sed nec ad extraneos sine perduellionis
crimine, & læsæ majestatis piaculo,

CCLXXI.

Et hinc *subditorum Legati propriè quidem nec Le-
gati, sed selecti sive deputati adpellantur.*

Selecti sive de-
putati.

E 2

Nec

CCLXXII.

Nec jure gentium aut civili sacrosancti sunt, quos comprehendere, in vinculis habere, supplicio afficere, si facinorosi sint, summo jure liceat.

CCLXXIII.

Propterea quod subditi naturali fidelitatis sacramento suo Principi adstricti sunt.

CCLXXIV.

Quamquam æquius fortasse fuerit, ut aditum, , sic & reditum præbere, ne subditi, si non admittantur, in salutis desperationem veniant, aut magis ac magis exacerbetur morbus, si semel eorum se ecti viri retineantur. *Francisc. le Vayer. in tr. de legat. c. 7. circa fin.*

CCLXXV.

An Legato sine literis credendum sit?

Queritur: An Legato sine literis credendum sit? quod negant plerique, etiam in Legato Pontificis: præsertim si quid definire velit aut instituere: *c. nobilissimus. & ibi Joan. de Turrecrem. dist. 79. n. 2.*

CCLXXVI.

Debet enim literas portare de licentia & mandato suæ civitatis, ut loquitur *Br. in l. si quis. n. 2. C. decur. & literis credentia esse instructus. Br. in l. Palat. C. de col. fundi fisco.*

CCLXXVII.

Cum Legatorum potestas maximè ex tenore literarum suæ Commissionis seu mandati pendeat: *P. Greg. lib. 5. partit. iur. Canon. tit. 3. c. 3. in princ.*

CCLXXVIII.

Propter literarum tamen defectum violari Legatus non debet.

Violatores legatorum quomodo puniendi sint?

CCLXXIX.

Dicitur est hætenus, eos qui in Legatione versantur, sanctos haberi, ut qui Legatum quoquo modo violaverit, puniri debeat? Sed *quænam pena irroganda violatori Legatorum*

torum: à veteribus quaesitum est: Et deditioe plecten-
dum esse eum, qui Legatos violasset, ut Legatus suo jure arbi-
trioq; in eum animadvertat, Mucius & alii pleriq; responderunt
l. fin. D. legat.

CCLXXX.

Quod à Romanjs diligentissimè observatum esse scribit
Mag. 1. de legat. c. 1.

CCLXXXI.

Sepè etiam ulciscendæ Legatorum injuriæ causa multa
bella orta sunt, multarumq; civitatum interitus hæc perfidia &
juri gent. violatio peperit.

CCLXXXII.

In sacris paginis injuria illata Davidis Oratoribus Ammo-
nitas perdidit, ut pote, quod eorum vestimentis, barba & ca-
pillis partim sciscis & dissectis, eos ridiculè & contumeliosè
remisisset.

CCLXXXIII.

Apud Romanos id erat lb. sancitum, ut qui Legatos vio-
laret Principum, vel populorum, essent in crimine læsæ maje-
statis: *ex trad. per Hieron. Gig. in tr. de crim. læsæ majest. lib. 1. q. 7. 6.*
Gail. de pignor. c. 5. n. 6. & seq.

CCLXXXIV.

Iure Can. seu Pontificio est sancitum, ut ii, qui legationi-
bus obstitunt, sacris interdantur, atq; à Christiana Republ. ex-
terminentur: quod ab Alex. 1. Pontifice adversus eos, qui
Legatum Pontificium impedierant, factum est: *c. Si quis. dist. 93.*
& ibid. not. Joan. de Turrecrem.

CCLXXXV.

Explicito tractatu de jure mittendæ legationis, rectè
ad jus exceptorum Legatorum dicendum pergimus, quo sci-
licet, hi in Legatione degentes, censentur:

E 3

DE

De jure legatorum ex- ceptorum.

CCLXXXVI.

Legati jus esse retulimus, ut inter hostium etiam tela
versetur incolumis.

CCLXXXVII.

Legati an in
bello tui sint?

Hinc si inter duos Principes bellum sæpè exardescit,
Legati tamen eorum retinent apud utrumq; sartam te-
tam libertatem omnem suam.

CCLXXXVIII.

Quod aliis hominibus non contingit, qui si apud hostes sui
Principis deprehenduntur, servi eorum fiunt.

CCLXXXIX.

Legati abire jubentur, si eo tempore eos in Regio suo de-
gere Princeps nolit.

CCXC.

Nec verò Principis partes sunt tantum, curare ne à se
suo vè consilio Legatus lædatur, sed & ne ab alio quovis injuri-
am patiatur.

CCXCI.

Et contrà verò occurrere omni ratione Princeps debet i-
psis Legatis, si Legati quid secius admittere parent.

CCXCII.

Principis enim majestas læditur, legatis, qui apud ipsum
sunt, læsis. *Bl. in c. 1. offic. legat.*

CCXCIII.

Quod inde est, quia fidem publicam Legati usurpant Prin-
cipisq; : adeoq; publicam & Principis violat fidem, qui violat
Legatum.

CCXCIV.

Et quidem quod contra jus gentium peccatum est, dedi
&

& oportere & consueſſe hoſtibus delinquentem, ac Domino Legatorum violatorum modo dictum eſt.

CCXCV.

Poteſt tamen delinquentis Princeps & ipſe pœnam conſtituere, ſi id cupiant Legati. qua injuriæ ſibi illatæ vindicentur.

CCXCVI.

Sicut autem dicimus Legatorum violatores dediſolitos eſſe: ita & ipſi Legati, ſi quid in jura gentium peccaſſent, deduntur: aut etiam puniuntur à ſuis graviffimè.

CCXCVII.

Sed neq; hæc tantum jura eſſe admiſſæ Legationis videntur: verum & illud eſt, *ne Legatione ſtante, hoſtile quicquam admitti poſſit.*

Legatione ſtante an hoſtile quicquam admitti poſſit aut arma moveri?

CCXCVIII.

Si item, antequam arma moveantur, Legatio ad componenda fortè diſſidia intercedat, præ tum arma non movebuntur.

CCXCIX.

Imò & in ipſo armorum exercitio conticeſcent tantisper arma, donec ea Legatio maneat, quæ in eundem finem, miſſa ſit: cum hoc pacto quaſi in itæ induciæ videantur.

CCC.

Quanquam hodie non ſatis tutum hoc juſ eſt: & malè aſſum cum quibuſdam notum eſt, qui ei conſiſi ſunt: quapropter rectius de induciis expreſſè caveri ſolet.

CCCI.

Sic ſi pax ſit inter exercituum Duces compoſita, & pro rati habitioe Principum legationes proceſſerint, ab armis quieſcendum eſt.

CCCL.

Planè,

Planè, si profecta, sed nondum excepta Legatio est, quin nullam iniusticiæ notam incurrat, qui bellum gerit, non dubio.

CCCIII.

Ratio perspicua facit, quia in potestate hostis non sit tempora bello præscribere & præfinire. *Gent. 2.6.13.*

CCCIV.

Quod si jus istud Legationis contemnitur, mala iugentia, quibus obruti sunt contemtores, ipsa adhuc ostendunt, quæ huius juris sanctio sit.

CCCV.

Vigilat iusticiæ oculus sempiternus, inquit *Ammian. ultricesq; legatorum diræ.*

CCCVI.

Et ut inquit *Juven. Satyr. 6. Magnaq; debetur violato pæna caduceo.*

CCCVII.

Sic Corinthum totius Græciæ lumen, everfam *Cic. pro L. Manil. dixit, quod Legati appellati fuerant superbius.*

CCCVIII.

Et bellum Mithridati à Romanis illatum est, quod Legatos Romanos ad se missos in vincula coniecerat.

CCCIX.

Quod Legatos sanctos esse ubiq; diximus, hoc ita accipiend. est, si nihil hostile moliantur: si ipsi quoq; jura gentium religiosè servant, si ut oportet, officiosè se ubiq; gerant: proximum ergo est, atq; consequens, ut de delictis Legatorum videamus:

De delictis legatorum.

CCCX.

De delictis Legatorum, & 1. de crimine læsæ maiestatis.

Inter delicta prior species est, quæ & criminis magnitudine omnibus præit: si Legatus in Principem conju-

conjuraverit, apud quem Legatus est: quid ipsi fieri
oporteat? Et puto rectius facturum Principem, si hunc
Legatum non interficiat.

CCCXI.

Gravius enim ipsi nomen Legationis, quam injuria Legati
putanda est.

CCCXII.

Et levior ipsius culpa, si homini scelerato pepercerit, quam
si Legato non pepercerit. Cic. in 3. Verrin.

CCCXIII.

Sic justissimè conquestus putatur Franciscus 1. Rex Cal-
lorum, quod Dux Mediolanensis Legatum illius non alio præ-
textu, quam quod res moliretur novas, necarit.

CCCXIV.

Et in Anglia Legatum Hispanicum, in vitam Principis
& Regnum ejus conjuratum, impunè dimissum esse scribit Gent.
2.6.18.

CCCXV.

Planè, si injuriam in Principem Legatus non attentave-
rit, sed perfecit, minimè impunè id ferre debet, sed vel inter-
fici, vel ea de re ad Principem referri.

CCCXVI.

Quo casu tradi debere potestati offensi Principis Legatum
à Domino sunt qui existimant.

CCCXVII.

Quia hæc videretur juris gentium definitio, ut qui Lega-
tum violarit, is dederetur: & contra dederetur Legatus, qui
violarit jura gentium.

CCCXVIII.

Sed hoc rarò usurpatum legimus, & non nisi majori cum
periculo usurpari, rectè monet Gent. 2.6.19.

CCCXIX.

Quid si Legatus contumeliosus, superbis vè sermo

F

ni

Legatus contu-
max: aut contu-
meliosus.

nibus agit exponitq; Legationem: quæritur quid ei
fieri debeat? In qua re elegans extat & divina trium Imp-
p. sanctio, ut si id ex levitate processerit, contemnendum sit: si ex
insania, miseratione dignissimum: si ab injuria, remittendum.

CCCXX.

Superbiam enim verborum iracundi oderunt, prudentes
irrident. *Liv. lib. 45.*

CCCXXI.

Quod eam ob causam proferimus, ne dicendi libertatem
Legatis præcipiamus:

CCCXXII.

Nam contumeliosam linguam rectè compeisci non nega-
mus:

CCCXXIII.

Et legati est, suam quidem dignitatem & auctoritatem, sed
modestè, non ambitiosè defendere:

CCCXXIV.

Neque enim quicquam est, quod Legato magis ornamen-
ti adferat, quàm si in omnibus moderatum sese præbeat, si ser-
vet modestiam, non arroganter in sua Legatione procedat, si
modestè verbo agat, disputatione pugnet, ratione vincat. *c. vide,
23. q. 6.*

CCCXXV.

Lacedemonii Legatos Xerxis in barathrū & puteos præ-
cipitarunt, quod magnificis verbis & superba nimis oratione ter-
ram & aquam petijissent.

CCCXXVI.

Quæ necessario à Legatis aguntur, dicuntur, ea ad contu-
melias non referimus:

CCCXXVII.

Qualia sunt, mera mittentis postulata, aut causæ cur is
aliquid faciat, feceritvè.

CCCXXVIII.

Nec tamen omnia postulata admittimus, nec causas o-
mnes: Peti

CCCXXIX.

Peti nolumus, quæ sunt ipsa petitione aut prolatione jure gentium liquidò injusta, & injuriosa.

CCCXXX.

Vt cum Legatus Cæsaris Antonio diceret, uti sese ipse dederet, quod vir mulierosus & perditus indignus esset, qui amplius dominationis particeps esset.

CCCXXXI.

Quam ob proacacitatem Legatus ab Antonio cæsus est, & jure quidem, teste *Plutarch.*

CCCXXXII.

Aliud est, si Legati tantum ingrata postulent.

CCCXXXIII.

Sic Veneri Regis Galliarum Fecialem denunciante Reipubl. bellum, injusticiamq; aliaque exprobrantem, religiosè dimiserunt. *Guicciardin. lib. 7. Scip. Gent. 2. c. 20.*

CCCXXXIV.

Finge: subtractus est Legati ope consilio obses, quid Legato pro tali delicto fiet? Et arbitror hoc factò Legatum capitale crimen contrahere, & pro dediticio fieri.

Legatus qui ob fidem subtraxit

CCCXXXV.

Grave enim flagitium in Republicam admissum negari non potest. *Gent. 2. c. 21.*

CCCXXXVI.

In ceteris criminibus & delictis facile jure gentium Legato indulgeri solet:

CCCXXXVII.

Ob adulterium tamen, stuprum, aut incestum, minimè parcitur Legato, sed illi sveritati obnoxius existit.

CCCXXXVIII.

Sic Megabyzi Persarum Regis Legati ob lasciviam & petulantiam occisi sunt, cum adolescentibus muliebrem sexum e mentitis vim inferre voluissent.

F 2

Nec

CCCXXXIX.

Nec mirum, Legatos ob adulterium puniri, cum nec II. im-
puberibus indulgeant.

CCCXL.

Et Reges, qui Legatis augustiores sunt, eo nomine aut occi-
cisi, aut in exilium acti sint, ut de Tarquiniis, Posthumio Impe-
ratore, & Childerico Francorum Rege, multisq; aliis veterum
monumenta testantur. *Vayer. de legat. c. 9.*

CCCXLI.

Legatus qui
propter non so-
lutum viaticum
præstituto tem-
pore in lega-
tionem nō iit

*Hoc loco neq; illa prætereunda est questio: quam
Cic. 2. de invent. apud Rhodios ancipiti controversia
disceptatam fuisse memorat: Si viaticum datum Lega-
to non sit, & is præstituto propterea tempore in Legatio-
nem non ierit, an sit puniendus? Mihi videtur pœna
nulla dignus, si nihil diligentiae in eo desiderari potest, dum non
stat per ipsum, qui curavit, qui vserit, quo minus sibi prospe-
ctum de legativo fuerit.*

CCCXLII.

Quinimò revocatae Legationis tacitum argumentum vi-
detur questorum contumacia. *Vayer. c. 8. circa fin.*

De jure legatorum cum ci- vibus.

CCCXLIII.

Ius Legatorum
cum civibus.

Haftenus etiam de pœnis Legatorum, & de jure Lega-
torum cum exteris, nunc de eodem jure cum civibus dicen-
dum.

CCCXLIV.

Primum ergo jure Romano munus civile personae
legatio est.

Et ideò

CCCXLV.

Et ideo boni civis est, Legationis onus sibi à patria
vel à Principe impositum haud gravatim suscipere,
quotiescunque tempus & occasio postulat.

An quis possit
refugere munus
Legationis?

CCCXLVI.

Patriam enim quisque cariorem habere debet, quam se-
metipsum.

CCCXLVII.

Quinimò Martian. scripsit, ordine unumquemque cogi
munere Legationis defungi, nisi scilicet justa excusatio sit, aut
nisi quis prohibitus sit Legationem obire. *l. sciendum. § ordine. D.
de legat. l. 1. §, 1. D. mun. & honorib. Bertachin. in repert. verb. ambas-
siator. Pacian. de probat. c. 33, n. 29. part. 6.*

De Privilegiis legationum.

CCCXLVIII.

Hanc ob causam etiam privilegia quædam Legatis con-
cessa sunt, quibus ad bene de repub. merendum accenderen-
tur.

CCCXLIX.

Et quidem omnibus qui Reipub. causa absunt, jure civ.
conceditur, ut quamdiu suo munere funguntur, judiciorum ale-
am subire non cogantur.

CCCL.

Sic enim M. Tullius in sua pro S. Roscio oratione, & Va-
ler. Max. legem Memmiam commemorant, quæ eorum qui
Reipub. causa abessent, recipi nomina vetabat.

CCCLI.

Vsq. adeo, ut si Legati in loco Legationis ante Legatio-
nem contraxerint, non possint ibi tempore Legationis conveni-
ri, sed privilegium habeant revocandi domum, id est, possint
petere, ut causa ad locum, in quo habent domicilium, remittatur.

Legati ubi con-
veniri debeant?

F 3;

l. 29.

l. 2. §. legatis. & §. seq. D. iudic. De gestis in ipsa legatione vide Cuiac.
22. obs. 22. Henric. à Suerin. i. repetit. prælect. c. 16. Everh. Bronch. cent.
1. ἐὐαὐτίοφρα. assert. 48.

Legati an pos-
sint capi pro re
præstatis.

XCCLII.

Sic generaliter in Legatos, eorumque res, manus injici,
etiam pro licitis repræstatis non possunt, per totam terram, per
quam transeunt: Br. in l. si quis legatum. in pr. D. legat. & in l. 2.
§. legatis. n. 1. & 3. D. iud. Coler. in tr. de process. execut. part. 2. c. 3.
n. 186, & seqq.

CCCLIII.

Et si de eorum utilitate agatur, juris præsumptione
abesse non intelliguntur.

CCCLIV.

Nam eis per negociatorem aut mandatarium acquire-
re, suaque, si velint, jura persequi & usucapione præscribere li-
cet, quam nullus nisi à die reditus & obitæ Legationis usurpare
aut interrompere possit.

CCCLV.

Conventi quoq; interim dum absunt Legati, procu-
ratores mittere non coguntur: præsertim si absint Legatio-
ne coacta: ut pluribus confirmat Zas. in l. quia tractatur. n. 18.
& seqq. D. divers. & temp. præscript.

CCCLVI.

Nec is qui legatione functus est, intra triennium,
si nolit, ad aliud publicum negotium compelli potest.

CCCLVII.

Nec infimum ex privilegijs Legatorum hoc est, quod
perpetuò, quamvis extra imperii fines descendant, libera-
tatem, jusq; civitatis retineant.

CCCLVIII.

Atq; ob id etiam apud hostes legare, ac testamentum condere
possunt;

possunt; aut ex alterius testamento capere, jusq; in filios totamq;
familiam retinent.

CCCLIX.

Quod aliis fermè omnibus denegatum est, qui simul ac re-
gni fines excefferint, pro mortuis habentur, caputq; libertatem
ac civitatem amittunt, donec jure postliminii ea recuperent,
natalibusq; restituantur. *Vayer. de legat. c. 5. in fin.*

CCCLX.

*Immunitates quoq; Legatis dantur hujusmodi, ut
tam eorum quam familiarium sarcinae, quas secum, u-
sus sui gratia ferunt, sine portorio aut vectigali aliquo
exportentur.*

CCCLXI.

Non enim Legati pro reb. sibi vel ad victum, vel ad cul-
tum, curationemq; corporis, in itinere necessariis, pecunias, seu
vectigalia debent alicui pensitare.

CCCLXII.

Aliud est in his quæ portant causa mercimonii, aut alia
quàm sui usus. *Laudens. q. 16.*

CCCLXIII.

*Ad Legatos Principum etiam istud pertinet,
quod supervenientibus Legatis Regis, vel alterius illu-
stris Principis, possit expelli de hospicio hospes receptus
vilioris conditionis, si legati non possint commodè recipi,
nisi illo ejecto. arg. l. jubemus. C. SS. Eccles.*

CCCLXIV.

Et si aliàs hospes non potest expellere volentes hospitari,
nisi ex causa, ut si alii hospitium præoccupaverint: *secundum
Angl. in l. 1. §. si campo. D. furt. advers. naut. Laudens. in tr. de Legat.
Princ. q. 2.*

De

De sumtibus &
expensis Lega-
torum an eos
repetant?

CCCLXV.

De sumtibus & expensis Legationis dubitand.
non est, eas legato restituendas esse, cum nemo propriis mi-
litare stipendiis cogatur, nec cuiquam debeat suum esse officium
damnosum.

CCCLXVI.

Sed quæ expensæ à Legato peti possint, videndum est?
Et eas quæ in equis pro se & famulo conducendis fiunt, in con-
siderationem venire dubitand. non est:

CCCLXVII.

Idque propter dignitatem, in qua constitutus est Legatus,
in primis receptum est.

CCCLXVIII.

Quod etiam, si propriis suis equis utatur, obtinet: per e-
gregiè tradita à *Crot. in tr. de testib. n. 407.*

CCCLXIX.

Sic quoque sumtus quos in eundo & redeundo fecit, ut &
illos, quos impendit, si in morbum incidat, tam diu, quoad do-
minum revertatur, repetet. *Br. in l. his qui quamdiu D. ex quib. caus.*
maior.

CCCLXX.

Hinc *Br.* decidit, si ambasiatores inficerentur in ambasia-
ta, civitatem eis debere necessaria subministrare, quousque re-
dire possint: *Br. in loc. præalleg. per l. si cui § 1. D. ex quibus caus.*
maior. Speculat. in tr. de salar. in princ. ubi de delegato iudice lo-
quitur, inquiens, quod si is propter infirmitatem sibi contingen-
tem moratus fuit plus in uno loco, quod illud sibi sit refunden-
dum. *Crot. d. loc. n. 411. vers. retenta tamen. Bertachin in verb. am-*
basiator. Sneydvv. in § sanctæ inst. de rer. divis. Mart. Laudens delegat.
n. 1. Zaf. in paratt. D. quod cuiusq. univ. nom. n. 19. §, cons. 2c. n. 1.
§ seqq. vol. 1.

CCCLXXI.

In quo tamen iudicis arbitrium maximè dominatur, ut is
æstimet, qualis ille morbus sit: quid enim si ita comparatus, ut
etiam domi in eum incidisset? An

CCCLXXII.

An autem & hi sumtus petendi, quos in hospitiiis pro abundantia, honorarii loco dono dare solent, quod nos vulgò *Drinckgeldt*, de veratio Itali vocant, conuivialis est questio? Et licet hos in petitionem venire debere ex eo concludend. videbatur: quod Legatus ad conservandam sui Principis reputationem hæc honoraria elargiatur: Contrarium tamen verius putamus:

CCCLXXIII.

Legatum enim liberalem esse volumus: itaq; de suo id facere debet: juxta illud vulgatum: De tuo largior puer.

CCCLXXIV.

Et hæc expensæ potius sunt voluptuariæ, quam necessariæ, quæ regulariter non repetuntur.

CCCLXXV.

Et cum Legato ordinatum solvatur honorarium, facile ex illo ei tantum, ut & hæc elargiatur, restabit.

CCCLXXVI.

Sic nominatim, si Legati Principis expendant ultra salari-um iis constitutum, non recipere à Principe: tradit Alber. in l. idemq; §, Labeo. D. mandat Laudens. in tr. de legat. q. 3.

CCCLXXVII.

Illud quoq; hic in questionem venit: An si Legato in via equus moriatur, aut aliàs ratione casus alicujus fortuiti damnum contingat, ut hoc sibi resarciatur, à Principe petere possit? quod pri nò negandum videtur:

Legatus damnum in via passus: an ad restitutionem recte agat

CCCLXXVIII.

Nam nec mandatarius omnia, quæ impensurus non fuit, mandatori imputare potest: ut respondit Paul, in l. inter. 26. §. non omnia. D. mandat.

CCCLXXIX.

E

Veluti

Veluti quod spoliatus sit à latronibus aut naufragio res
amiserit, vel langvore suo suarumq; apprehensus quædam cro-
gaverit:

CCCLXXX.

Nam hæc impendia sive damna, casibus adversis & ma-
joribus, magis, quam mandato negotio imputari oportet.

CCCLXXXI.

Nec ea facta sunt exequendi mandati causa, sed extra
mandati causam contigit, ut fierent.

CCCLXXXII.

Sic Ioanni Andreae Doctore juris canon. Bononiens. quem
ad Pontificem Max. tum Avenione sedentem, Legatum miserat
Ægidius Cardinalis, & Commune Bononiensium, cum in reditu
non procul à Ticino in prædones incidisset, & ab iis expoliatus
fuiſſet, referunt ita censuisse Collegium Doctorum Bononiensium,
periculum ad Ioannem respicere, non ad Rempubl. quasi ni-
hil pertineat ea res, quæ contigit, ad mandati causam, & fortu-
næ imputanda sit, non mandato negotio. *Cuiac. ad d. §. non om-
nia. D. mandat. in Paul. ubi hanc decis. intempestive commendat.*

CCCLXXXIII.

Contrarium tamen in præſenti nostro casu, verius esse ar-
bitror:

CCCLXXXIV.

Legati enim officium publicum est, ad quod quis cogi po-
test:

CCCLXXXV.

Cujusmodi officia nemini debent esse damnosa. *l. post
leg. r. §. advocat, D. his quibus ut indign. l. cum postulass. 44. D. dam.
infect.*

CCCLXXXVI.

Et à Dd. communiter traditum est, quod quicumque cogitur
ad aliquid suscipiendum, ei damna omnia resarcienda. *Natt.
cons. 168.*

CCCLXXXVII.

Nec

Nec quisquam dicat, licet possit compelli: non tamen
semper istud fieri:

CCCLXXVIII.

Nam & is dicitur compellus, qui potest compelli: *l. no-
vis: mē, & ibi Bl. D. quod fals. tur. aut. Nat. d. cons. 168. n. 2.*

CCCLXXXIX.

Sic de Iudice traditur, ei hoc datum à partibus debe-
re refundi: *Speculat. in tr. de salar. in princip.*

CCCXC.

Et in ambasiatoribus iis debere damnum datum redinte-
grari, expresse statuunt: *Br. in l. si servus communis. § quod verò. D.
furt. in questione de ambasiatore missò à civit. per l. cum duob. §. damna.
D. pro soc. Martin. Laudens. in tr. de legatis. n. 6. Nat. d. loc.*

CCCXCI.

Sic & Nuncio restituitur: *Nat. d. cons. 168. n. 1.
post Speculat.*

CCCXCII.

Et Capitaneo, qui citatus ad aliquem locum venire, in
pericula incidit: *Nat. in d. loc. n. 4.*

CCCXCIII.

Et commissario Principis: *ex tradit. per Rutger, Ruland. in
tr. de Commiss. Cam. part. 1. lib. 7. c. 12. n. 8. & seqq.*

CCCXCIV.

Moris quoq; est, ut Legati apud omnes excipian-
tur honorificentissimè: Legati honorifi-
cè excipiendi.

CCCXCV.

Ac Romani quidem in primis in Legatis excipiendis infi-
nitos facere sumus soliti sunt:

CCCXCVI.

Nam & obviam itione, & hospitio sæpè publico, atq; epu-
larum magnificentia ex SCto illos honorabant.

CCCXCVII.

Munera quoq; Legatis præstari solent: & sic Le-
gatis Munera Legati
præstata;

gatis Roman venientibus munera dari solum, aliaq; hospita-
lia comiter à Romanis exhibita: docet Liv. lib. 42.

CCCXCVIII.

Horum tria genera apud Romanos recenserentur solent, Liv. lib.
23.30.35.42. locus, lautia, munera:

Locus,

CCCXCIX.

Loci nomine ædes liberas intelligimus, libera loca.

CCCC.

Lautia,

Lautia vocabant Legatis missa Xenia, seu sumtus. Plut. in
problem. Rom. dicta à magnificentia præbitoris. Duaren. I. Disput.
annivers. c. 26.

CCCCI.

Masinis Numidarum Regis Legatos singulos Senatus
Roman. purpureis sagis, equis cum pulcerrimis phaleris, & mi-
litari supellectile donavit.

CCCCII.

Hodie consueverunt Christiani Principes, cum Legati in
patriam redire iussi sunt, eos in discessu equestri honore deco-
rare, atque etiam aurea torque donare, quem honorem Reipub.
Venete multis Legatis tributum fuisse, refert Octavian. Mag. de
legat. lib. 1. c. 1. circa fin.

CCCCIII.

Et rectè politici suadent: Aulicum semper debere suo
esse Principi autorem, ut Legatos non etiam adeò gratos splen-
didè excipiat, magnificè tractet, clementer audiat, liberaliter di-
mittat, ne quam habeant occasionem de inhospitalitate conque-
rendi:

An munera Le-
gatis præstita
Principib. resti-
tuenda sint?

CCCCIV.

De his muneribus à Principe Legato dono datis,
dubitari solet: an ea Legatorum propria sint, an verò
dominis cogantur restituere. de qua re Iurisperiti no-
stri disputant.

Sed

CCCCV.

Sed consuetudo obtinuit, ut Legato relinquatur, nisi ex qualitate domi aliud præsumatur :

CCCCVI.

Refert Valerius Legatos quondam Romanos munera quidem accepisse, sed detulisse etiam in ærarium: & quidem priusquam ad Senatum Legationem referrent: existimantes de publico ministerio nihil unquam præter laudem benè administrati officii, debere privatis accedere *Valer. Max. lib. 4. c. 3. in pr. & n. 9.* & hanc sententiam ex nostris probat etiam *Pr. in l. si verò § item quicquid. D. sol. matrim. per tx. in l. socium. 60. in fin. D. pro soc. Luc. de Penin. in l. 1. C. castrensi pecul. Costal. ad l. qui proprio 46. § procurator. D. procurat. Wesenb. in paratitl. D. legationibus. in fin. Hartman. Hart. in pract. obs. tit. 53. de V. S. obs. 12. Guid. Panciroll. lib. 1. rer. memorabil. tit. de Legat. & ibi addit. in verb. viaticum.*

CCCCVII.

De conjecturis, ex quibus donata Legatis præsumuntur eorum contemplatione & causa, vel contemplatione Principis donata, ut vel eis vel Principi censeantur acquisita; vide *Menoch. lib. 3. presunt. pres. 27.*

CCCCVIII.

Queritur: An privilegia Legatis concessa occasione Legationis etiam ad Comites ipsorum extendantur? Et arbitror sanè, etiam his data jura Legationis.

An privilegia Legatis concessa etiam ad Comites ipsorum extendantur?

CCCCIX.

Nam & Præsidentum Comites, Proconsulum, Procuratorum Cæsaris à muneribus vacare, non secus atque hos magistratus Paul. respondit *l. 12. D. vacat. & excusat. mun. facit l. 41. D. excus. tut. l. 18. D. offic. presid.* CCCCX.

Et Scholasticorum famulis, eadem privilegia indulta: quæ Scholasticis ipsis tribuuntur: trataticium est: § *illud in præm. Digest. Fas. in l. scriuarios. n. 2. & 3. C. test. milit. Sture. in l. in omnibus causis. 68. n. 15. D. R. J. Gail. 2. obs. 68. n. 6. & lib. 1. de pac. publ. 66. n. 2. 1. in fin. Peck. in 11. de iure. sistend. c. 5. n. 4. & 5. Nevizan. 5.*

Sylv. nupt. n. 55. Ves. conf. 50. n. 22. Rutgers. Ralant. in tr. de com-
missar. Cam. part. 1. lib. 8. c. 12. Mandan. in tr. de continent. causar.
6. 19. n. 12.

CCCCXI.

Comitum ap-
pellatione qui
veniant.

Comitum autem appellatione hoc loco intelligimus,
non modò eos qui adstant, sed omnes qui cum Legato profi-
ciscuntur, etiam famulos, lixas, scoparios, stabularios:

CCCCXII.

Quin & bona eorum in ea causa sunt, ut neq; capi, neq;
ædes ipsorum intrari, bona ergo pro ære alieno capiendi, pos-
sint. Gent. 2. c. 15.

CCCCXIII.

Quot & quib.
comitibus Le-
gatus instructus
esse debeat?

Quot autem & quibus comitibus Legatus instru-
ctus esse debeat arbitrarium est:

CCCCXIV.

Nam primus, qui Legatis usus esse dicitur Belus, duos
duntaxat Legationis nomine viros adhibuit, unum qui diceret,
alterum, qui antestaretur.

CCCCXV.

Et Lacedæmonios unicum selectum virum, qui Legatione
funderetur, misisse, veterum monumenta testantur,

CCCCXVI.

Verum hoc tempore tantum Comitatum Legatus habet,
quantum familiæ dignitas poscit, quantumq; facultates susten-
tare ac fovere possunt.

CCCCXVII.

Non absurdum fortassis erit hoc loco quærere:

An Legato se-
cum uxorem
deducere liceat,
aut deceat?

An Legato secum uxorem deducere liceat aut deceat?

Et extat præclarum Vlpian. responsum in l. 4. D. offic. procons.
cum de Proconsule quæreretur, illinè liceret uxorem in provin-
ciam deducere: melius esse Proconsulem sine uxore in provin-
ciam proficisci, existimantis.

CCCCXIX.

Quod

Quod tamen paulo post Cotta & Messalla Consulibus
mulieribus Scto permissum est, licuitque Proconsulibus & ali-
is qui Reipub. causa aberant, uxores in provincias deducere:

CCCCXX.

Ea tamen conditione & lege, ut si quid uxores eorum de-
liquissent, qui ad officia proficiscerentur, ab ipsis ratio & vindi-
cta exigere tur.

CCCCXXI.

Hoc si Proconsulibus licuit: Legatis etiam cur non li-
ceret? Vayer. c. 9.

CCCCXXII.

Porrò sicut boni civis est, legationem, data qui-
dem occasione accipere: ita parum modesti esse judico,
Legationis honorem vehementer & ambitiose pete-
re:

An Legationis
munus ambitiose
liceat?

CCCCXXIII.

Qui enim minus amare videntur ea, quæ alii quodammo-
do detugiunt: ii multis de causis jure veniunt Principi in suspi-
cionem, ne propriis potius commodis studeant consulere, quàm
publicæ utilitati fervire. Middendorp. in qq. politic. Aristæ. q. 21.
Schard. in lexic. verb. ambitus.

CCCCXXIV.

Bene acta legatio quibus olim muneribus affecta sit, inter cetera
Legatorum etiam amplissimis honoribus decorata mors aper-
tissimè indicat.

Bene acta lega-
tio quomodo
rependatur.

CCCCXXV.

Et enim Legatis in Legatione mortuis statuanæ erigi apud
Romanos usitatum fuit.

Statuæ.

CCCCXXVI.

Qui quidem honos Legatis in Legatione functis perpe-
tuò delatus est, ut in bellis periculosis cives munus Legationis
obirent audacius.

CCCCXXVII.

Sic

Sic Cn. Octavio, Aul. Cluilio, Luc. Roscio, Sp. Ancio,
C. Fulvio in Legatione mortuis, erectas in Campo Martio sta-
tuas, memorat Cic. in Philip. 7. & 9.

CCCCXXVIII.

Non secus ac si in acie mortui fuissent, aut pro Repub. ce-
cidissent, qui in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. S
filii autem, inst. de excus. tut.

CCCCXXIX.

Eundemque honorem Serv. Sulpitio deferendum con-
tendit:

CCCCXXX.

Qui si spiritam ducere ad id tempus potuisset, quo in patri-
am reversus esset, illi profecto Senatus honorem merito decre-
visset, qui maximus haberi potest vivo: ut ei scilicet. (quemad-
modum apud Græcos in Prytaneo benè de Republ. meritis) vi-
ctus quotidianus publicè præberetur. Zwinger. in theatr. vol. 3.
lib. 9. pag. 981.

CCCCXXXI.

Annulus aureus.

Annulus quoque Legatis aureus de publico dari so-
lebat, quem illi in publico gerebant, eoque postea deposito, fer-
reo intra domos utebantur, ut Plin. memorat lib. 33. c. 1.

CCCCXXXII.

Et hoc quidem primis Reipub: annis ita fuit observatum:
quo tempore nemo præter Legatos, aureos gestavit annulos: nos
Guid. Panciroli. lib. 1. rerum memorab. tit. de legatis.

CCCCXXXIII.

Etsi postea & Senatores gesserunt, à quibus ad equites, &
inde ad omnes ingenuos usus iste promanavit.

CCCCXXXIV.

Viaticum Lega-
to datum an ad
heredes transe-
at iplo mortuo.

Quod verò ad Viaticum & honoraria Legato pu-
blicè constituta attinet, illo in Legatione mortuo, à fisco
vindicare non debent, quasi non consecuta causa, sed ad
Legati

Legati heredes ipso jure pertinent, ut est relatam in pan-
dect. l. 10. D. Legat.

CCCCXXXV.

Quin etiam Legato Cæsaris diem fundo, salarium Co-
mitibus residui temporis præstandum, modò si non postea co-
mites cum aliis eodem tempore fuerint, respondit Papinian.
lib. 3. respon.

De officio Legati.

CCCCXXXVI.

Proximum est ut ad Legati officium explicandum perga-
mus :

Officium Lega-
ti.

CCCCXXXVII.

Quod scilicet quanti sit, vel ex eo uno liquet, quod Cy-
rus inter primos educandum & instruendum sibi hunc duxit,
qui fungi isto munere deberet.

CCCCXXXVIII.

In qua re mediocritatem, ut in homine politico tenebi-
mus, & quæ ex superfluo (ut cum Polybio de militis persona
differente loquar) sunt, & inaniter redundant, missa omnia fa-
ciemus.

CCCCXXXIX.

Nec enim Nicephoro Gregoræ lib. 4. hist. Rom. auscultand.
censemus, qui in Legato rerum omnium, omniumq; linguarum
cognitionem & quidem excellentem requirit: ut in quovis di-
sputationum genere palmam obtineat.

CCCCXL.

Turbida & ridicula est hæc virium nostrarum elatio.

CCCCXLI.

Politices pars est Legatio: itaq; multarum disciplina-
rum in Legatione exigua utilitas, nec comparatio possibilis.

CCCCXLII.

Mediocriter doctos, & judicio excellentes, & in politicis

H

disci-

disciplinis benè institutos, plus Reipub. profuisse experimur
quàm multos encyclo pēdicos, qui orbem ubique crepant scien-
tiarum:

CCCCXLIII.

Nolumus Legato tantum oneris imponi, ut quacunque
de re differat, aut personam discipiat Leontini Gorgiae, vel E-
lei Hippiae, qui cum essent gloriati in illa quinquennali celebri-
tate ludorum, nihil esse ulla in arte, quod ipsi nescirent, ac non
profiterentur, per obscuras & per difficiles quæstiones propo-
suerunt, unde à veteribus sophistæ sunt nominati.

CCCCXLIV.

Externa Lega-
ti commoda:

Cupimus autem & exteriora quædam in Legato & fortu-
næ & naturæ bona reperiri, sine quibus appositè agere injunctū
munus non potest: nec officium suum rectè præstare,

CCCCXLV.

Ejusmodi duo sunt: Oportunitas profectiois, & aptus
Legatorum ornatus:

CCCCXLVI.

Cuiq; enim sua tempestas est: Eccles. 3. & rectè Stoici
tempus definiabant actionis oportunitatem, qua non servata,
mutari & in contrarium officia omnia, ostendit Cic.

CCCCXLVIII.

Occasio consilium adjuvat: & ut Ennius loquitur apud
Fest. occasus (pro occasione) juvat res.

CCCCXLVIII.

Oportunitas
profectionis.

Nec ineleganter Pachymerius: occasionem esse ani-
mam actionum.

CCCCXLIX.

Sic missi Roma Legati ad Antiochum, de rebus summis a-
turi prudentissimè subititerunt: Iudæi ex morte filii superve-
niente distentum Regem audientes: ut apud Liv. est lib. 35.

CCCCL.

In reliquis & quid legatio habeat, & ad quem mittatur, vi-
dendum est:

In

CCCCLI.

In qua re aliquid certi definire, difficile est, nec valde de ea laborandum: quia non tam ad Legatum, quam ad legatum ista pertinent.

CCCCCLII.

Ejusmodi sunt: ut *Legatus aptus mittatur, ut Principibus acceptissimus: non vilis.*

CCCCCLIII.

Probro datum fuit Ludovico XI Gallorum Regi, quod aliquando barbitonorem miserat:

Ornatus & Comitatus Legatorum qualis esse debeat.

CCCCCLIV.

Hannibal Romanos pacem respuere dixit: quod parum dignitatis in Legatione eorum conspiceret: eaq; de causa ipse pacem curiosius appetebat, ut est apud Liv. lib. 10. secundi belli Pun.

CCCCCLV.

Deinde, ut si res exigat, magno comitatu, magno apparatus instructi & armati Legati incedant.

CCCCCLVI.

Nam unius referunt personam, & alteri quasi pares futuri appropinquant.

CCCCCLVII.

Itaque fieri citra dedecus nequit utriusque, si persona hæc aliter se habuerit, quam tanti loci majestas exigit.

CCCCCLVIII.

Histrionem exhiberemus, qui Regis partes agens sordido comitatu, nec ipse regaliter indutus in scenam prodiret.

CCCCCLIX.

Quid huic fiet Legato, qui non brevissimi temporis fabulam agit, sed verè induit principalem personam?

CCCCCLX.

H z

Germa.

Germanos Tacit. commendat, de moribus German.
quod in Legationes non alios mittere consueverunt, quam qui
virtute & numero comitatus eminent.

De necessariis legatorum ad miniculis.

CCCCLXI.

Præsidia Lega-
torum,

Cum exterioribus illis si ea in Legato convenient, qui-
bus tanquam præfidiis quibusdam uti debet in Legatione felici-
ter obeunda, quis plurimum accessionis fieri neget?

CCCCLXII.

Ejusmodi præsidia sive instrumenta dicimus, quæ Lega-
to inferunt partim à natura, partim comparantur studio, partim
à fortuna, & ut brevius dicam, sunt vel insita, vel acquisi-
ta.

CCCCLXIII.

Insita sunt: veluti Ingenium, forma corporis: acquisita stu-
dio vel exercitio, ut artes, disciplinæ, virtutes:

De ingenio Legati.

CCCCLXIV.

Ingenium Lega-
ti quale esse de-
beat.

Inter insita primo loco colloco ingenium:
quod præstans & rarum ingenium, sit principium, medium, &
finis maximarum & plusquam humanarum actionum. *Furio Ce-
riolan. in tr. de consiliis. c. 2. Bartholom. Philipp. d. Consil. discurs. 6.
rubr. de qualitatibus quas Thucyd. n. 25. Rutger. Rulandt. in tr. de
Commis. Cam. part. I. lib. I. c. 8. n. 4. & seqq.*

CCCCLXV.

Et in iis hominibus qui ad ardua tendunt, & aliquem
divinitatis locum obtinere cupiunt, maxima ingenii dexteritas
requiratur.

Quodq;

CCCCLXVI.

Quodque vilia ingenia servituti facile posse subjici, veteres non sine ratione crediderunt. *Arist. 1. polit. 3. Egid. Roman. in tr. d. regimin. Princip. lib. 2. part. 3. c. 13.*

CCCCLXVII.

Et plurimarum artium maximarumque rerum cognitione præstare oporteat Legatum, quod sine velocitate ingenii fieri non potest.

CCCCLXVIII.

Nam experientia testatur omnes professiones, omnia artificia, omnes libros esse exiguae virtutis atque efficaciae in iis qui habent stupidum ingenium.

CCCCLXIX.

Hi enim continuo & labore, & multo tempore adhibitis parum tamen aut nihil proficiunt: & in eos quadrat vox de via collecta; cum plurimum laboravimus, in eodem statu persistimus:

CCCCLXX.

Rarum autem ingenium parvo labore, & exiguo tempore obtinet omnia quae vult:

CCCCLXXI.

Et ut ingentia pondera, quae nullis hominum viribus elevari possunt, machinis facile tolluntur; ita quod alia saepe ratione nequeas, ingenio id facile efficias.

CCCCLXXII.

Hinc crassum ingenium dicitur esse instar campi naturaliter sterilis, quod etsi doctrina & artibus excolatur, reddit tamen paucos fructus, eosque malos & extra tempus:

CCCCLXXIII.

Ingenium autem in Legato requirimus, non modo acutum & magnum, sed alacre etiam & aptum, quod habeat iudicii directam normam.

CCCCLXXIV.

Sine hac enim ingenii commoditate, negocia plerumque exitus non solum minimè optatos, sed exitiales etiam habent.

CCCCLXXV.

Et actiones Legati pleræq; omnes sunt, quæ tempus ad consultandum non præbent, quæq; nisi celeri ingenii motu rectè expediri non possunt.

CCCCLXXVI.

Nam hi sunt qui momento temporis & consilia in re subita suggerunt, & ordinem, ornatumq; quò acutè excogitata proferantur, ut *Arist. I. poster. & I. Rhet ut Cic. I. de Orat. ut alii docent.*

CCCCLXXVII.

Quid Leo Byzantinus Athenas missus, ut in componendis, quibus Athenienses affligebantur, discordiis, operam, quam posset, navaret: obesus autem & ventricosus cum esset, risum huic civitati statim commovit?

CCCCLXXVIII.

Sed quam ille tempestivè, cum ingenio valeret, ab hoc malo potissim. & desumpsit sibi dicendi occasionem, & ad concordiam traducendi Athenienses:

CCCCLXXIX.

Nam statim ita: Quid me perpingvem ridetis viri Athenienses? Vxor mihi obesior longè est: & utrumq; tamen, quia concordēs sumus, lectulus vel brevis tenet:

CCCCLXXX.

Quæritur: qua ratione ingenium & vim istam acquirere futurus sibi Legatus debeat? Et respondemus: ingenium hoc à natura lingulis esse ingenitum: juvari tamen ab arte atque conservari & augeri, & quodammodo etiam comparari posse, minimè dubitand. est:

Ingenium quo modo acquiratur?

CCCCLXXXI.

Iudabitur autem ingenium hoc modo: si ante diligenter

ligenter, quid sibi suaeq; obijci, dici, fieri valeat Legatio,
ni, animo voluta verit, & praemeditatus fuerit.

CCCCLXXXII.

Parato enim quid unquam defuit.

CCCCLXXXII. *

Deinde lectio assidua hos conatus plurimum promovet,
si quid alii in re simili egerint, cogitaverint, dixerint, notet &
observet.

CCCCLXXXIII.

Excitamur enim similibus ad similia.

CCCCLXXXIV.

Et fieri potest, ut tibi idem sit respondendum, & interlo-
quendum, quod aliis.

CCCCLXXXV.

Sic enim eadem dicta, factaq; in ore non infrequenter
legimus plarium, & à pluribus usurpata.

CCCCLXXXVI.

Et ferè quaecunq; vel sunt, vel futura sunt, praeterito quoq;
tempore extiterunt :

CCCCLXXXVII.

Eadem enim mundi forma est, & eadem res redeunt : sed
sub diversis nominibus diversaque figura & colore : *Guicciardin.*
hypomnes. polit. 8 3.

CCCCLXXXVIII.

Et ut ait Philosophi. 2. *Rhet.* quae futura sunt plerunq; pa-
ria similiaq; iis sunt quae facta sunt.

CCCCLXXXIX.

Dialectices quoq; pracepta plurimum ad ingeni-
um acuend. facere certissimum est : quibus instructus
Legatus, ita excitatur, ut primo intuitu omnem argumentatio-
nem, non dico ad philosophorum descriptionem, sed ad quam-
cunq; rem propositam elicere possit.

Sed

CCCCXC.

Sed hoc acumine rectè uri de et Legatus, ne Sophistæ nomen mereatur.

CCCCXCI.

Ingenium quomodo conserve-
tur?

Confervatur ingenium, primo cultu assiduo: juxta illud vulgatum:

Fertilis assiduo, si non renovetur aratro:

Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

CCCCXCII.

Deinde temperantia: Intemperantia enim perniciosissima Ingenii pestis est.

CCCCXCIII.

Temperantia Legati,

Quamobrem temperantia etiam alio nomine Legato commendata esse debet. Nam solutus vino, & aliorum fabulis provocatus, facilius labi, & auctoritatem amittete potest, cum ebrietas sit voluntaria insania, & ingenii sepultura, Augustin. teste:

CCCCXCIV.

Princeps quomodo Legati sui ingenium explorare possit?

Sed unde explorabit Princeps futuri Legati ingenium: id enim perquam est difficile in hac ingeniorum humanorum diversitate?

CCCCXCV.

Hic triplicem viam proponimus: Cognosci enim potest hominis cujusq; ingenium, tribus ex causis: ex dictis, ex factis, ex fronte.

CCCCXCVI.

Ex dictis: si Legatum futurum omnia præmeditatè loqui, nec ut in proverbio dicitur, os in lingua, vel os repletum vento habere cognoscat.

CCCCXCVII.

Ingeniosi enim qui sunt, solent esse in loquendo arguti, in respondendo prompti, in dicendo resoluti & rotundi, in jocando gratiosi, nec facile exquirere materiam obtrectandi aliis hominibus, præsertim inimicis & æmulis suis. Est

Est enim signum vilissimi ingenii certissimum, malè loqui de hostibus & inimicis.

Signa vilis ingenii.

D.

Et virtuti atq; bono alieno invidere:

DI.

Et excellentiam alienam premere & delere velle.

DII.

Præclare Lips. cent. 1. epist. 4. Invidet quispiam? hoc ipso inferiorem se ostendit: quia apud humiles duntaxat animos habitat, & in altos dirigitur invidia illa Dea.

DIII.

Et ut Ioan. Chrysoft. in Matth. ex. Liv. Invidia tanquam ignis semper suum numum petit.

DIV.

Ex factis: ut si intelligendo facilis sit, si in seriis cautus, si ardua tibi proponat. Fur. Ceriolan. in loc. supra alleg.

DV.

Nemo enim excelsi ingenii vir humilibus delectatur. Senec. epist. 39. lib. 5.

DVI.

Deprehenduntur autem hæc omnia ex conversatione, & maxime convivali.

Ingenia ubi deprehendantur.

DVII.

Ita Clisthenes Sicyoniorum tyrannus multis convocatis, in mensa eorum exploravit ingenium. Herodot. lib. 6.

DVIII.

Aut inter ludendum: ingenia enim lusibus maxime elucescere: tradit Heresbach. in tr. de erud. Princip. liber. lib. 1. c. 3. Francisc. Patric. lib. 3. de regn. tt. 9. Middendorp. in qq. polit. Aristæ q. 9. in fin. Castigl. lib. 2. de aulic. p. 141. Primauda. lib. 1. Academ. Gallic. c. 35.

I

Plane

DIX.

Planè si conuersandi ac loquendi cum Legato facultas non sit, tunc ad actiones ipsius attendendum est, an vividi sint ipsius actus, an in aliqua re singulari occupati, an omnia videre, scire, & compræhendere desidei et: an sit diligens, an multa legat, an libenter conferat, & conuersetur, quærat de præteritis, animum advertat ad præsentia, iudicet de futuris. *Fu- rio Ceriolan. in loc. præalleg. Ruziger. Rulandt. in tr. de commiss. Cam. part. 1. lib. 1. c. 2. n. 23.*

DX.

Quomodo autem ex faciei lineamentis & consti-
tutione cognosci debeat, tradit præter alios ejus rei scripto-
res *Joan. Baptist. Neapolitan. lib. 4. c. 6. Physignom. & è contra de
heberi ingenio. lib. 4. c. 7.*

Corpus Legati.

DXI.

Constitutio cor-
poris in Lega-
to qualis esse de-
beat.

Alterum Legati ornamentum, quod à natura habet, est
forma corporis dignitati congruens, ac bona & perfecta cor-
poris constitutio, non mutilata, aut aliquo vitio laborans.

DXII.

Legato enim plurimi labores in itinere præsertim obcen-
di sunt, qui corpus benè constitutum exigunt.

DXIII.

Corpus enim benè constitutum sit oportet ei, cui longitu-
do itineris, asperitas viarum, navigandi difficultates perpetien-
dæ sunt. *Octavian. Mag. lib. 7. de legat. Franc. Vayer. ibid. c. 2. Rut-
ger. Rulandt. in tr. de Commiss. Cam. part. 1. lib. 1. c. 11. per-
sor.*

DXIV.

Et perfectum corpus hominem integrum ornat, & præ-
sumtio est in eleganti corpore elegantes virtutes habitare.

Quem-

DXV.

Que. nammodum dicitur in vulgato proverbio : In pulcra
& splendide edificata domo habitare personam aliquam insigni-
nem : sic egregia hospitia heroib. decerni. *Cic. in Tusc. Camer. in
medit. hist. c. 7.*

DXVI

Nec male videtur cecinisse Poëta : Grator est pulcro ve-
niens è corpore virtus. *Tiraq. de lb. connub. gl. 1. part. 2. n. 40.*

DXVII.

Formosa enim species muta commendatio, & formosis
favetur, etiam si nihil dicant.

DXVIII.

Ex quo & Arist. dicebat, pulcritudinem quavis epistola
esse commendabiliorem, sive malis, efficacior ad commen-
dandum.

DXIX.

Est enim pulcritudo corporis indicium virtutis animi :
& speculum corporis simulacrum est mentis, figuraq; probita-
tis.

DXX.

Contra in corpore deformi raro nobilis formosusq; ani-
mus residet : & vulgo argumentum fieri solet de iis, qui vitio
corporis à natura notati sunt.

DXXI.

Docuerunt enim Arist. Galen & Hippocrates, homines
vitio aliquo naturæ notatos, plerunq; mille defectus circa intel-
lectum, mores, & vitam etiam habere.

DXXII.

Et vulgò dici solet, monstrum in corpore, monstrum
etiam in anima, quod corruptionem organorum sequatur etiam
inordinatus motus spirituum.

DXXIII.

Et Aristotelem ferunt aliquando precatum fuisse, ut Deus
ipsum liberaret ab homine à natura signato. *Barth Philipp. in tr.
de Consl. rubr. de qualitatib. quas Frideric. n. 24.*

DXXIV.

Hinc nostri tradunt, in compositum corpus inaequalitatem indicare mentis. *c. fin. dist. 4. 1. Bertach. in reperor. verb. corpus.*

DXXV.

Et à postulando aliisq; muneribus leges repeilunt eos, & redhibitorios esse pronunciant, qui notabili aliquo vitio corporis laborant. *tr. 11. de postulat. & de edilit. edict.*

DXXVI.

Et quomodo Legatus auctoritatem atq; gravitatem suam tueretur, si insigni aliquo corporis defectu sit deformis?

DXXVII.

Plus enim auctoritatis habent homines bene proportionati, & propterea iidem hominibus magis sunt acceptabiles.

DXXVIII.

Cum è contra non bene proportionati, plerumq; risui aliorum sint expositi.

DXXIX.

Et maxime apud exteras gentes ex tinnis propè hominis figura, de civitatibus & locis, quæ à quibusq; incoluntur, deq; ceteris hominibus conjectura fiat.

DXXX.

Sic Catonem Stoicum referunt in Legatos populi Roman. quorum unus saxo quodam in caput percussus, foedas cicatrices ferebat; alter pedibus laborabat; in hunc modum jocatum: Mittit populus Romanus legationem, quæ nec caput nec pedes habet. *Gent. deleg. c. 3. lib. 3. ex Plut. Liv. lib. 50. Apian. de bello Mithridat.*

DXXXI.

Statura, 2. Quod ad staturam attinet, pleriq; eam probant, quæ non sit nimis procera, seu gygantea, nec nimis parva, seu pygmaea.

DXXXII.

Procera?

Proceræ enim supra modum staturæ plerunq; solet esse magnus defectus, ut qui immodicæ staturæ sit, ab Elephante nihil differre existimetur.

DXXXIII.

Vnde Arist. dixit, in corpore procero parvam habitare virtutem. *Anton. Zimar. problem, 27.*

DXXXIV.

Nimis autem parvæ staturæ homines plerunq; sunt iracundiores & temeritate magis quam judicio feruntur, & populi irrisioni expositi, autoritate debita excidunt.

DXXXV.

In dubio tamen si peccetur in hac parte, satius esse destitui non nihil statura, quammodum in ea excedere, affirmare non dubitat *Castigl. in suo cortegiano. lib. 1. D. 3. Alex. probl. 27.*

DXXXVI.

Sed hæc non sunt magni momenti, neq; aliquid catholicum in his haberi potest. *Vide tamen Camert. in addit. ad Solim. polyhist. c. 5. Gratalor. de predict. morum & vitæ hominis ex constitut. faciei & proport. corp. ubi ad satietatem hac de re tractat.*

DXXXVII.

Alia bonæ constitutionis pars putatur hæc esse, si caput non sit majus, quam proportio corporis requirat, et omnia binâ membra equaliter in homine proportionata. Capitis constitutio.
Rutger. Rulandi. in tr. de commiss. Cam. part. 1. lib. 1. c. 11. n. 18. Cel. Rhodigin. 20. lect. antiq. c. 12.

DXXXVIII.

Præter hæc etiam forma faciei non ultimum locum obtinet: quam tamen esse volumus non muliebre[m] atque delicatam, sed egregiam, hoc est viri dignam, quæ sit gravis & jucunda. Forma faciei.

DXXXIX.

Venustas enim propria est mulierum, dignitas virorum, ut Cic. distinguit. 1. offic. In

Vultus comitas.

DXL.

In primis autem habilitatis corporeæ index est, Vultus comitas.

DXLI.

Itaq; vultus debet esse graciosus, & placidus, bonosq; mores præ se ferens.

DXLII.

Nam hac virtute præditi qui sunt, ii ea sola sibi auctoritatem & beneyolentiam conciliant.

DXLIII.

Hæc quæ de corporis constitutione dicta sunt, regulariter quidem obtinent, & ut plurimum accidunt, atq; ex conjecturis fieri dicuntur, quæ tamen sæpissimè fallunt.

DXLIV.

Neque enim formæ tribuendum est tantum, ut ex ea sola cognosci debeat habitus omnis animi.

DXLV.

Multi enim inveniuntur corpore non adeò formoso, animo verò formosissimo, iusto seu prudenti, & temperanti, nec deformitate corporis fœdatur animus, sed pulcritudine animi corpus ornatur.

DXLVI.

Et virtus non est alligata vel formoso, vel deformi corpori, magnum ipsa per se decus habet, corpusq; omne pulcritudine sua condecorat.

DXLVII.

Itaq; ut in cognoscendis hominibus non solum adhibemus oculos, verum etiam iudicium: ita in Legato non forma, vultus, oculi tantum, sed etiam facies tota animi spectanda est, eaque semper præferenda omni corporis formæ atq; pulcritudini: ut loquitur *Grim. Goslic. in tr. de opt. Senat. lib. I.*

DXLVIII.

Quia tamen signa ista rarò fallunt, præsertim si motus harum partium accedat, non debent istæ conjecturæ prorsus negligi.

Quem

DXLIX.

Quemadmodum enim signis quibusdam agrorum fertilitas vel sterilitas, equorum bonitas aut vitiositas depræhendi solet: sic hominum corporibus notæ, accidentia, vel signa inesse solent, quæ animi ipsorum affectionem testantur. *late Chassana. in catalog. glor. mund part. 1. consid. 22. Tiraq. de lb. connub. gl. 1. part. 2. n. 28. & seqq. usq. ad fin.*

DL.

Ad corporis dotes referunt nonnulli etiam sanitatem, sine qua nihil homini beatum esse potest:

Bona valetudines

DLI.

Nec male Metrodorus in prospera valetudine hominis felicitatem collocavit.

DLII.

Hanc ob causam valetudinariis Legationis munus committendum non est: hisq; duntaxat benè sperare licet, qui animi & corporis constantes vires habent, quiq; omnes externas aëris injurias ferre sine sanitatis dispendio possint.

DLIII.

T. Manlius Torquatus Consularem dignitatem ob solam oculorum valetudinem detrectasse dicitur, quod indignum putaret, sibi vitam ac fortunam civium committi, qui alienis oculis omnia gerere cogeretur.

De ætate Legati.

DLIV.

Queritur hoc loco de ætate Legati: qua scilicet ætate, cum fructu legi possit?

Qua ætate Legatus esse debet?

DLV.

Sanè Chalcidenses (Heraclide in polit. referente) legem habebant, ne quis annos infra quinquaginta natus legationem obiret.

Et

DLVI.

Et Græci idem senibus Legatisq; nomen tributum, renunciant.

DLVII.

Quam tamen ætatem minime expectandam esse ducimus:

DLVIII.

Quid ita? adolescentes ad Jugurtham legavere Romani, eosq; præstantissime hoc munus obiisse, memoriæ proditum est:

DLIX.

Nec mirum: Nam & Principum Confiliarii, & gravissimarum Rerump. patroni juvenes esse minime prohibentur:

DLX.

Imò amplissimo Cardinalis munere fungi, & in gravissimo Senatu sententiam dicere: multis probat Palæott. in *tr. de sacri consistor. consultat. part. 3. q. 4.*

DLXI.

Et minor ætas de jure sufficit in delegato. *c. cum vigesimum. 41 c. cum in jure peritus. offic. legat.* quem Confiliarium esse, aut illi æsaltem quiparari, extra dubitationem est.

DLXII.

Et plena pubertas ad omnia ea potest esse idonea, quæ ad perfectum jurisconsultum pertinent.

DLXIII.

Ita Nervam Ictum de jure respondisse legimus, anno ætatis decimo septimo. *l. 1. §. initium. D. postuland.*

DLXIV.

Sic Celsus, qui ubiq; in jure adolescens appellatur, de jure respondisse fertur: *l. si servum §. sequitur D. V. obl.*

DLXV.

Et Papinian constat juvenem adhuc interemptum fuisse à Geta Severi filio. *Platin. in Calixt. Pontific. Socin. in l. cum avus. De condit. & demonstr. Cuiac. in Papin. in princ.*

Idem

DLXVI.

Idem fecisse Bartolum & Bl. ejus fratrem, tradit *Angl. in l. n. §. initium. D. postul.*

DLXVII.

Sic Speculator non solum instruxit Commissarium, sed & alios in summa juventute: *Angl. ibid. Tiraq. in tr. de iur. promig. in p. refat. n. 102. ubi plura similia exempla late recenset.*

DLXVIII.

Neq; nostra ætas exemplis prorsus destituitur: Sunt enim adhuc nonnulli, quibus ingenium & rerum prudentia velox ante pilos venit, ut a Persio Sat. 4. scriptum est: juvenes corpore, mente senes.

DLXIX.

Sic Veneti, cum ad Imperatorem Orientis imberbes mississent, & indignaretur tyrannus, quasi in opprobrium missi essent, eorum alter intrepidè respondit, ex sola ætate de hominibus & eorum doctrina iudicium non esse ferendum: Hoc enim si fieret, hircorum quam hominum meliorem conditionem fore.

DLXX.

Quem enim virtus extollit, non eo ipso quod est juvenis, est abjiciendus.

DLXXI.

Iniquum enim est eum honori nondum tempestivum videri, qui jam virtuti maturus est. *Valer. Max. lib. 3. c. 1.*

DLXXII.

Verum enim verò quia hæc exempla rara sunt, nisi evidenter appareat, personam huic provinciæ esse sufficientem, *major ætas eligenda est, si haberi possit, & ut pleriq; volunt, ad minimum 25. aut 30. annorum: Ceriolan. & Barb. Philip. in tr. de Consil. Princip. & ibid. Hippolyt. à Collib. Rutgers. Rulandt. in tr. de Commiss. Cam. part. 1. lib. 1. c. 12. n. 2. & seqq. Pontan. de Princip. in pr. Pet. Fab. ad l. 2. n. 29. & seqq. D. R. 1. Vincent. Castellan. lib. 2. de offic. Reg. c. 58.*

K

Quam

DLXXIII.

Quam aetatem Icti nostri in plerisq; articulis iudicantem
sufficientem esse.

DLXXIV.

Hoc enim tempore finitur curatela. *inst. de curat. in princ.*
& ante id tempus nemo quid rectè in propria causa gerere di-
ci potest, ideoq; læsi restituuntur *tt. ff. D. minorib.*

DLXXV.

Ac aetas 25. annorum dicitur esse perfecta. *l. si maritus.*
§ *Lex Julia. D. ad L. Jul. de adult.*

DLXXVI.

Et hoc tempore in homine incipit perfectum iudicium: *Cuius*
iac. in comment. ad tt. de in integr. rest. in pr.

DLXXVII.

Huc accedit, quod experientia, quæ in Legato requiritur,
sit exigua ante hanc aetatem.

DLXXVIII.

Est enim hæc quoq; filio temporis, & ex usu & praxi profi-
ciscitur, quæ in juvenibus deficit.

DLXXIX.

Gravitas quoq; , quæ in Legato requiritur, deest huic æ-
tati.

DLXXX.

Vt omittam alia vitia, quæ ante hanc aetatem dominantur,
atq; alios defectus, qui Legato maxime obsunt. *arg. l. si vero re-*
munerandi § si adolescens. D. mandat.

DLXXXI.

Nec dubium est, quod Legatum esse maxima sit digni-
tas: *Hippolyt. de Mars. sing. 107. Guid. Pap. decis. 388.*

DLXXXII.

Traditur autem, majores dignitates illis, qui 30: minores,
qui 25. nondum habent: annos, non conferri. *l. cum in cunctis.*
elect.

Planè.

DLXXXIII.

Planè aliquando accidit, ut ante 30. annum ad quævis mû-
nera civilia idonei reperian. ut: idq; Dio decreto Meccenatis
statutum fuisse scribit.

DLXXXIV.

Quod pleriq; admittunt eo casu, quando is, de cujus quali-
tate quæritur, gradu Doctoris legitime insignitus est:

DLXXXV.

Tunc enim volunt multi, etiam minorem ætatem suffice-
re, doctrina id suppleante, quod ætati & annis deest.

DLXXXVI.

Licet extra hunc casum rectè videatur Ceriolan scri-
psisse, tutius esse, ut ii qui 30. nondum attigerunt annos,
celebres adeant Academias, ut peregrinentur, urbes mo-
resq; hominum cognoscant, aulas Principum intueantur,
castra sequantur, aut aliis rebus percipiendis vacent.
*de cons. c. 3. Hactenus de crescente; nunc de decrescete æ-
tate. Videndum est:*

DLXXXVII.

Majorem autem non putant pleriq; idoneum esse Legatum,
si sit sexaginta, aut ad summum 70. annorum.

DLXXXVIII.

Etsi enim usq; ad 70. dicitur senium, à quo & Latini &
Græci Senatam *γερσία* dixere: tamen hæc ætas vix huic pro-
vinciæ par est, cum ad labores perferendos minus sit idonea.

DLXXXIX.

Senes enim infirmi dicuntur. *l. civitatibus D. leg. c. magna.
vot. & ut Arist. ait 5. degenerat. an.* Senectus per se ipsa est morbus
naturalis, quem ut inquit Horat. multa circumstant incommoda,
plurimeq; imbecillitates.

DXC.

Cumq; in Legato maximi labores, & pleni difficultatis re-

K a

qui.

quirantur, quos senibus minui æquissimum est, consequens est,
vel ex hoc solo fundamento senes à Legati munere sublevandos
esse.

DXCI.

Vt taceam alios nævos, qui plerunq; senes turbare solent.

DXCII.

Constat enim eos ferè esse difficiles, morosos, anxios, que-
rulos, avaros, obliviosos, & in ipsis experientiam converti in
obstinationem. *Tiraq. in tr. de lb. connub. gl. 6. n. 24. Palaeot. in tr. de
bono Senect. part. 2. n. 129.*

DXCIII.

Et hic senectutis morbus non est transiens, sed permansens,
& insanabilis, ut Seneca loquitur.

DXCIV.

Est igitur æquum, ut ii qui annum ætatis sexagesimum ex-
cesserunt, sibi potius vivere incipiant, in otio & quiete quæsitis
utantur, & solius animæ salutis curam gerant.

DXCV.

Hinc senibus tanquam emeritis beneficia, honores, vacatio-
nes munerum à lb. tribui videmus.

DXCVI.

*Bene cum iuve-
ne concurrente
uter præferri
debeat?*

Illud corollarii loco addendum est: *An sene cum ju-
vene concurrente, hunc vel illum potius eligere Princeps
debeat?*

DXCVII.

Nos non affectione moti, sed quod maxima perspicacia
& labor in hoc munere desideretur, quibus juvenes antecel-
lunt senioribus, & quod plures defectus ad hanc provinciam
pertinentes in sene quam in juvene reperiantur, juvenem præ-
ferendum esse, concludi posse existimamus: *arg. eorum que tra-
dit Rutger. Ruland. in tr. de Commiss. Cam. part. 1. lib. 1. c. 12.
in fin.*

DXCVIII.

Deniq; ut hoc caput concludamus, rectè cum rep. agi
arbitr.

arbitramur, si cum venerandæ ætatis Legato delecti aliquot & bonæ spei adolescentes mitterentur, etiam stipendiis Regiis, qui exterorum idioma, mores, instituta ediscerent; arces, portus, urbes inspicerent: in quibus, ut in semente posita est metis, spes aliqua resideret, permittente ætate; & Legatis lenio fessis, eos tandem ardentes accepturos, & Legati partibus præclare fungituros.

DCIX

Expedit enim juxta annosas arbores novas plantas inferere: quæ post interitum veterum in locum earum succedant.

DC.

Non enim homines in hoc seculo immortales sunt, sed subinde alii in aliorum locum surrogantur.

DCI.

Sic quondam Senatores Romani liberos Senatui adluciscabant, eosque in Senatum deducebant: usque ad Papyrium.

De nativitate Legati.

DCII.

Partinet ad hoc caput etiam illa questio, qua de nativitate Legati queritur: Legitima ne ea sit an illegitima? Quæ apud Rhetores de laudibus alicujus personæ tractantes ferè omnium prima est, à qua personam commendare solent.

An illegitimo
nati possint
fungi munere
Legati?

DCIII.

Nativitatem ergo in Legato requiro, ex Legitimo matrimonio, quæ qualis sit, describitur lib. 1. inst. de nupt.

DCIV.

Requiro autem his de causis: Primum quia Legatum esse, maxima est dignitas:

K 3

Ex.

DCV.

Expediti autem juris est, dignitatis portas regulariter non patere spuris, l. generaliter. § spurios. D. decur. l. honor. §. de honorib. D. mun. & honor.

DCVI.

Quia à multis pro infamib. habentur: Myns. cent. 4. obs. § 1. Tessaer. decis. 126. n. 2. & seqq. Duaren. 4. de SS. Eccles. minist. c. 5. Neviz. an. 3. sylv. nupt. n. 15. Thoming. decis. 48. Valasc. decis. 17. Ant. de Gamma. decis. 143. n. 1. Modestin. Pist. cons. 46. vol. 1. Marq. Freber. lib. 3. de infam. c. 23. n. 20. & seqq. & c. 25. n. 13. Tiraq. de nobilit. 6. 15. n. 14. & seqq.

DCVII.

Deinde quia Legatus idem etiam est Consiliarius: Spurii autem Consilarii Principum esse nequeunt: ut probavi in discurs. de consiliar. Princip. assert. 171.

DCVIII.

Nec Dd. creari possunt in Academiis publicè approbatis, idq; usus observat, teste Chassanæ in catalog. glor. mund. part. 11. consid. 15. Tiraq. de nobilit. c. 15. n. 15. Midden. in tr. de Academ. lib. 1. c. 7. Rutger. Ruland. in tr. de commiss. Cam. part. 1. lib. 1. c. 2. n. 1. DCIX.

Et in assessoribus legitima nativitas requiritur: Ord. Cam. part. 1. tit. 3.

DCX.

Quamvis non negamus, ex illegitima conjunctione natos & olim ad dignitatem aliquando certis casib. promotos fuisse.

DCXI.

Sic spurii decuriones esse potuerunt. l. spurii. §. spurios. D. decur. quod est dignitatis. l. honores. D. decur. l. à decurionatu. D. excusat. muner.

DCXII.

Et hodie maximis aliquando decorari honoribus tradit Paletott. in tr. de spur. c. 57. in fin. dum in sacrum Episcoporum Collegium & Cardinalium etiam quandoq; alleguntur.

Tertiò,

DCXIII.

Tertio, quia egregiae animi dotes in Legato requiruntur,
quae plerunq; in spuris deficient:

DCXIV.

Ma'i enim corvi malum ovum, *Eras. in adag.*

DCXV.

Et rectè Bonifac. Martyr. *Genus hoc nec bello forte, nec
fide constans, nec DEO amicum esse.*

DCXVI.

Inô abominatio dicuntur esse DEO: *Sap. 3. quorum
plantæ non dabunt radices altas, nec stabilem sedem pro-
nent: Sap 4.*

DCXVII.

Dico: *plerunq;*: quia sæpè maximis virtutib. præciti
aliis longè præcellunt, ut plurib. exemplis adductis confirmat
*Palæott. in tr. de spur. c. ult. Tiraq. in tr. de nobilit. c. 15. n. 30. &
segg. Cardan. de utilit. ex advers. cap. tit. de adul. uxor.*

DCXVIII.

Sed quid de naturalib. statuendum? Et verè de
his idem iudicium, quod de spuris videtur esse. *Mench. cons. 18.*

DCXIX.

Etiamsi essent suscepti à concubina domi retenta: *Rutger.
Zuland in d. c. 7. n. 4.*

DCXX.

De legitimatis major dubitatio est: Nam quod ad-
mittantur, ratione juris inspecta dicend. viderur.

DCXXI.

Est enim legitimatio tantæ efficaciae, ut præcedentia o-
mnia vitia purget, & tanta & ibi *Dd com. qui fil. sint legis.*

DCXXII.

Ex quo pleriq; volunt, eos & feudorum, quæ sæpè di-
gnitas

gnitatem annexam habent, esse capaces: ut post alios multos etiam
dicit Tirag in tr. de iur. primig. q. 34. n. 54. Schurff. cons. 1. cent. 1. n. 17.
Vvesenb. cons. 44. n. 35. & 43. late Hartm. Pist. 3. q. 31. Beust. ad l. 3. in
pr. n. 29. & seq. v. iurciur. & ad l. admonendi. n. 874. D. eod.

DCXXIII.

Sanè de consuetudine non admittuntur hi ad dignitates:
habet enim illos loco naturalium. ut præter Paleott. & Myns. testa-
tur Rutger. Rulandt. in d. tr. de Commiss. Cam. part. 1. lib. 1. c. 7. n. 6.

DCXXIV.

Et à rebus dignitatem aliquam annexam habentibus eos
excludit, ut à feudis, Myns. obs. 31. cent. 4. Gail. 1. obs. 140. n. 19.
Hott. cons. 29.

DCXXV.

Eamque ob causam etiam statutum Camerae requirens
legitimè natum debere esse assessorem, non admittit legitima-
rum. Myns. obs. 31. cent. 4. Gail. 2. obs. 140. n. 19.

DCXXVI.

Nec de stylo Camerae talis persona, præsertim si de ea ex-
cipiatur, in Commissarium ordinari debet, in quam sententiam
proclivior est Rutger. Rulandt. in d. c. 7. n. 7.

DCXXVII.

Planè si per matrimonium legitimati sint, indistinctè eos
admittendos esse existimaverim. arg. eor. quæ supra dixi, & ex
his quæ tradit Modest. Pist. cons. 48. vol. 1. Beust. ad l. 3. in
princ. n. 28. & seqq. D. jur. jur. Schurff. cons. 1. n. 18. & seqq.
cent. 1. Tessaur. decis. 196.

DCXXVIII.

Vnde cogno-
scet Princeps a-
liquem natum
esse legitime.

Porro qualitatem hanc futuri Legati cognoscat Prin-
ceps vel à parentibus vel Magistratu loci, ubi natus est,
vel à vicinis, & ex aliis indiciis:

DCXXIX.

In dubio tamen, maximè si graduata sit persona, pro legiti-
mo præsumet, Rutger. Rulandt. d. c. 7. n. 10.

Si

DCXXX

Si enim ad dignitates est admissa, præsumitur eam esse legitimam: quanvis hæc conjectura aliquando fallat. vide *Palæot. in tr. de nob. & spur. c. 20.*



*Hactenus de bonis insitis Legati, & de
etate.*

DCXXX.

*

Acquisita bona circa ea versantur, quæ ad Remp. benè ac feliciter gerendam necessaria sunt, circa noticiam videlicet earum rerum, quæ in omni genere principatus ad imperii magnitudinem, & conservationem potissimum pertinent.

Prudentia Theologica
Legati.

DCXXXI.

Inter hæc principem locum obtinet *prudentia Theologica*, quam ob hanc etiam causam prima acie collocamus, & honorificentissimum ei locum tribuimus.

Prudentia Theologica.

DCXXXII.

Caput enim sapientiæ reverentia Iehovæ: *Ps. 111. vers. 10.* inò primaria & summa sapientia *Deut. 4. vers. 6.*

DCXXXIII.

Et cum impietas omnem peccandi metum evellat, & consilia impiorum fraudulenta sint, sequitur religionis contemptum Rerum publ. eversionem adferre. *Middendorp. in qq. polit. Arist. q. 1.*

L

Hanc

DCXXXIV.

Hanc ob causam necessaria prorsus est cognitio sacrarum literarum, cum Christianis omnibus, tum iis maximè, qui in Reipubl. administratione, vel publicis in negotiis versantur.

DCXXXV.

Delectetur igitur Legatus noster oportet lectione librorum, qui Christianam & veram continent doctrinam:

DCXXXVI.

Id enim studium longè ceteris studiis & scientiis antecedit, ac non solum delectat, sed etiam sine satietate delectat.

DCXXXVII.

Neq, solum sacra studiosè legere debet, sed & ipse religioni ex animo addictus esse, voce ac precib. Deum colere.

DCXXXVIII.

Non enim poterit consilium de rebus magnis inire, qui mentem castam, & divino splendore collucentem non habet.

DCXXXIX.

Omne siquidem verum lumen quod admirationem commovet, & amorem conciliat, in religione situm est. Hippolyt. d. Collib. in tr. de consil. Primo. pag. 155. & in tr. de Princip. c. 6.

DCXL.

De dissidiis dogmatum Ecclesiasticorum qualem sese in illis Legatus, ut politicus, gerere debeat, non inutiliter queri potest: Sed hæc quaestio paulò alienior est, & peculiarem tractatum desiderat.

Prudentia Civilis.

Prudentia Politica.

DCXLI.

Altera est prudentia civilis quæ in perspicientia veri solertiaq, versatur.

DCXLII.

De ea sic statuo, ut ad Legatum pertinere maximè videatur.

Nec

DCXLIII.

Nec enim nuncius tantum verborum Legatus creditus est,
sed & rerum iudex appellatur.

DCXLIV.

Et ut nobilis Venerus admonuit: *Guicciardin. lib. 15.* aures
& oculi imperiorum legati sunt.

DCXLV.

Hæc vel usu & experientia constat, vel doctrina & le-
ctione.

DCXLVI.

Vsa: si res humanas inspiciamus, aut tractemus ipsi.

DCXLVII.

Quamquam hæc cum magno periculo conjuncta sit, cum
non omnia quotidie occurrant, quæ in historiis expressa habe-
mus.

DCXLVIII.

Est autem usus efficacissimus rerum omnium magister,
& qui omnium magistrorum præcepta superat.

DCXLIX.

Experimentis enim optime creditur, *Cic. de Orat.*

DCL.

Fit hoc imprimis, si rebus cum adversis conflictati fueri-
mus.

DCLI

Darius sese præliis & rebus asperis prudentiorem reddi
dicebat: τὰ ὕβ παθίματα, μαθίματα.

Philosophia Legati.

DCLII.

Altera est Prudentiæ politicæ pars, quæ lectione & Phi-
losophiæ præceptis informatur. Philosophiæ
Legati:

DCLIII.

Hæc minus quidem exquisita est, sed interim nullis tamen
periculis objecta.



DCLIV.

Legatum igitur Philosophiæ cognitione carere non posse
firmo: Cic. de Clar. Orat. Grimal. Goslic. lib. 1. de opt. Senat pag. 75.

DCLV.

Philosophos enim esse oportet, qui in Reipubl. admini-
stratione, publicisq; negociis versantur.

DCLVI.

Rerum enim gerendarum initia ab ipsa Philosophia pro-
ficiscuntur.

DCLVII.

Et nemo ne in communi quidem vita, & vulgari hominum
consuetudine esse potest vir egregius, nisi Philosophiæ præcep-
tis abundaverit.

DCLVIII.

Cui Philoso-
phiæ Legatus
iudicatus esse de-
beat?

Philosophiam cum nomino, eam potissimum hoc loco in-
telligo, quæ in actione consistit, moralem scilicet, familiarem,
& civilem.

DCLIX.

Hæc enim Philosophia docet, quid honestum, quid turpe,
quid extremum bonorum & malorum, quomodo domus regen-
da, quæ patris, quæ mariti, quæ heri potestas, quo pacto res fa-
miliaris tuenda, quot imperiorum genera, quibus virtutibus &
disciplinis imbutum esse oporteat, qui Reipubl. administrare
velit, quis sit optimus Reipubl. status, quibus artibus inclinata
ruentelq; civitates sublevantur, & optimis institutis atq; lb. in-
formentur. Hyppolit. à Collib. in loc. præalleg.

DCLX.

Neq; aliam Philosophiam videtur intellexisse Plato: lib.
de repub. & lib. 5. de iust. cum nobilissimam illam vocem ex o-
raculo prodidit: tum demum beatas fore Reipubli. cum aut re-
gnarent Philosophi: aut Reges Philosopharentur.

DCLXI.

Dico: potissimum me hanc Philosophiam intelligere:
etsi alterius etiam, quæ in contemplatione versatur, naturalis
scilicet & Mathematices nõ prorsus ignarus esse debeat. Tur-

DCLXII.

Turpe enim esset homini politico in Regum & Principum aulis versanti, & cum magnis viris sæpè congreganti, nihil loqui scire, de naturæ rerum causis, nullam habere cœlestium cognitionem, artem numerorum ignorare, rationem acceptorum expensorumq; non intelligere, si casu aliquo quæstorum aliorumvè suspectorum argentariorum rationes ipsi committantur.

DCLXIII.

Quid? dicet quispiam hoc loco: Philosophum esse vis Principis Legatum: & scholasticis conclusunculis animum ejus occupari, qui ad ampliores usus Reipubl. informandus est

DCLXIV.

Objiciet, vulg' opinio esse, eos, qui Philosophiæ studiis paulò ulterius progrediente ætate dediti sunt, homines in solitudine versatos, consuetudinum imperitos, ad res gerendas nulla ratione idoneos esse: σοφοὺς μὴ ἀλλ' οὐ φρονίμους.

DCLXV.

Reliquis certè ineptiores ad res gerendas, experientia ipsa quotidiana comprobari.

DCLXVI.

Heu mihi, Philosopharis? (ait ille Sophista) at qui Philosophi

Sermone solo sunt sapientes: ceteris

In rebus esse novi ego stultissimos: *Athenæ. lib. 13. de Sophist. c. 33.*

DCLXVII.

Sed parata nobis est responsio: Non enim loquimur hic de Philosophia nuda, sive simulata, quæ in meris ideis animi vacui ab omni gubernatione fingitur: nec de Philosophastris, qui vel sine iudicio Philosophiæ operam dant, vel nimio ejus studio ducti Philosophia uti nesciunt, & sapientes sunt, præterquam in iis in quibus sapientes esse debent: qui pueri à Cicerone dicerentur: sed de iis qui usum et exercitationem conjungunt.

L-3

De

DCLXVIII.

De hac Philosophia verum est, quod ait Plin. lib. 2.
*Nulla est laudabilior vite pars, quam agere negocium
publicum, cognoscere, judicare, promere, & exercere ju-
sticiam: vide Grim. Goslic. in tr. de Opt. Senator. pag. 76. & seqq.
ubi preclare probat, qui nam sint illi Philosophi, qui ad Rempubl. inepti.
P. Gregor. 17. de Repub c. 7. ubi de abusu Philosophantium, deq; eius re-
mediis eleganter differit.*

DCLXIX.

Purum putum Philosophum fatemur legationibus & hu-
jusmodi ^{juris} ineptum esse.

DCLXX.

Politicum & legalem Philosophum Legatum nostrum es-
se volumus & quidem sobrie:

DCLXXI.

Volumus non ex umbra scholarum eductum: sed in consiliis
rerum educatum: aut in rerumpubl. administratione versatum:
aut, quod perinde est, studia literaria huc sua omnia semper re-
tulisse.

DCLXXII.

Isti enim, ut qui in Sole ambulant, colorantur: sic cum lite-
ris suis traduci animis semper in rerum curam publicarum va-
lent.

DCLXXIII.

Exempla Lega-
torum Philoso-
phorum:

Talis fuit Philosophia Phalerei, Ciceronis, Servii, & ex no-
stris: Bartoli, Butrii, Iasonis, Budæi, Alciati, Bodini, Tiraquelli,
Guicciardini, Hermolai Barbari, & aliorum, quos legationi in-
eptos fuisse nemo nisi ineptissimus judicaret.

DCLXXIV.

Cui Philosofo-
rum sectæ poli-
ticæ futurus ad-
dictus esse debe-
at:

Talis ex omnibus Philosophorum sectis disciplina Peri-
patetica: quæ non minoris fuerit utilitatis Legato:

DCLXXV.

Disciplina enim est, quæ non ex inanibus speculationibus
prodit:

prodit: sed ex ipsis rerum experimentis: ut rebus agendis
sit aptissima.

DCLXXVI.

Itaq; rectè Cic. ab hac claros instructos viros, Rempub;
sæpè gessisse non semel memorat. in *Lucull. & lib. 5. de lb.*

DCLXXVII.

Et Arist. *lib. 2. Rhet.* ex Philosophiæ studio homines ad
prudentiam fieri acriores contestatur.

Jurisprudencia Legati.

DCLXXVIII.

Ad Jurisprudenciam venio, quæ ex hoc Philosophiæ fonte
manat.

Jurisprudencia.

DCLXXIX.

Hanc Legato futuro exactè cognoscendam esse existimo,
his de causis:

DCLXXX.

Legatum enim politicum esse volumus, & ad omnem rem
Senatoriam aptissimum:

DCLXXXI.

Est autem Senatoria pars quædam juris publici & priva-
ti: ut ait *Plin. lib. 8. epist. 14. ad Arist.*

DCLXXXII.

Quam ob causam juris civilis scientiam plurimi & maxi-
mi professi sunt, qui maxime dignitatis apud populum Roman.
fuerunt: *l. 2. §. juriscivilis. D. orig. jur.*

DCLXXXIII.

Vnde Jurisconsulti amici vocabantur, & patres Principis.
*l. Divi fratres. 17. D. jur. patron. l. secundum. 4. C. contrah. &
committ. stip. fac. l. quicquid. C. advoc. divers. judic. l. 1. C. as-
sess. & domestic.*

DCLXXXIV.

Et passim in jure egregijs nominibus excelsi, gloriosi, ma-
gnifi-

gnifici, splendidissimi, clarissimi, prudentissimi, nobilissimi, inclytæ recordationis, optimæ memoriæ ab ipsis Imperatoribus vocantur, *l. 2, C. vet. jur. enucl. l. 12. D. legat. Lamprid. in Alex.*

DCLXXXV.

Et domum Iuriconsulti totius oraculum civitatis vocat Lucius Crass. apud Cic. *lib. 1. de Orat.* tam divini quam humani juris doctissimum:

DCLXXXVI.

Deinde: quia Senatori & Legato plures artes sunt necessariae, quæ sanè omnes ex jurisprudentia addisci possunt.

DCLXXXVII.

Fremant, (*inquit Cic. de Orat.*) omnes licet, dicam quod sentio: Bibliothecas meherculè omnium Philosophorum unus mihi videtur 12. tabb. libellus, si quis 11. fontes & capita viderit, & autoritatis præcedere, & utilitatis ubertate superare:

DCLXXXVIII.

Hinc *Luc. de Penn. not. ad rubr. C. de legat. n. 1.* ad legationis officium, præcipuè jurisperitos esse assumendos, & eos imprimis, qui facundia polleant.

DCLXXXIX.

Ius tamen publicum, quod ad statum Regni pertinet, imprimis Legato commendatum esse debet.

DCXC.

Nam privati juris usurpatio Legato non semper ita necessaria: aliquando inepta.

DCXCI.

Ridiculus Imp. Iulianus fuit, quod juri innixus civili, cum Severo tanquam ex interdicto contendere de Imperio voluisset: *Spart. in Nigr.*

DCXCII.

Fori enim aliud jus: aliud Regis: *Gent. 3. c. 10.*

DCXCIII.

At juris publici cognitione Legatus nullo modo carere potest, sicut nec politicus;

Est

Usus publici
noticia:

DCXCIV.

Est enim hoc in jure Pontificio, in augurali, sacro, Senatorio, omni antiquitate, jure sociorum, foederum, pactionum, causis imperii, & tota arte regendæ Reipubl. *vide præclare Vinc. Cabot. lib. 1. disp. jur. civ. var. c. 1.*

Historia Legati.

DCXCV.

Juri civili, rectè, ut opinor, cognitio historiarum proximè subicitur: nec minor ejus laus ac utilitas, tam apud Jurisconsultos quàm apud Philosophos extat.

Historia.

DCXCVI.

Jurisconsulti certè tantum ferè historiæ tribuunt, quantum ipsis lib. dum tradunt, historias & annales vim probandi obtinere: *Bl. in l. 1. D. offic. quæst. Dec. in l. 1. D. si ce. t. pet. Mascard. de probat. conclus. 287, Rol. à Vall. cons. 2. n. 60, vol. 1. Menoch. cons. 1. n. 272.*

DCXCVII.

Et historias in multis notorium inducere, tradit *Mascard. ibid. n. 6. Rutger. Rulandt. in tr. de Commiss. Cam part. 1. lib. 1. c. 18. n. 2.*

DCXCVIII.

Ex Philosophis historiæ laudes Cic. in unum quasi fasciculum comportavit, dum inquit, historiam esse testem temporum, lucem veritatis, vitæ memoriã, magistram vitæ, nunciã vetustatis. 2. de Orat.

DCXCIX.

Hanc in Legato sequentib. de causis desidero: Primum quia virum supra descripsimus Legatum, non puerum.

DCC.

Tradit autem Plato, eos videri esse pueros, qui ignorant ea, quæ antequam nati sunt, acciderunt apud omnes gentes.

M

Dein



DCC I.

Deinde: quia modò diximus, Legatum legum debere esse
seperitum:

DCC II.

Atqui constat, ill. non esse aliud, quàm historiam, quæ con-
tinet sententias & opiniones antiquorum & prudentum homi-
num, quibus Respubl. constituerunt, & cives in pace atq; virtu-
tis cultu continuerunt.

DCC III.

Nec alia de causa eæ hodie addiscuntur, nisi ut idem &
nos præstare valeamus:

DCC IV.

Accedit, quod Legatum egregiis virtutibus ornatum esse
se oporteat:

DCC V.

Quid autem aliud est historia, quàm pictura quædam,
quæ præstantes viros imitandos nobis ob oculos po-
nit?

DCC VI.

Vnde enim melius fortitudinem, fidem, justiciam, conti-
nentiam, frugalitatem, contentum doloris ac mortis, quàm ex
historiis cognoscimus?

DCC VII.

Hinc traditur, in historiis veritatis ac prudentiæ sapien-
tiæq; principia recondita esse: *Rutger, Rulandt. in tr. de Com-
miss. Cam. part. 1. lib. 1. c. 18. Hopper. in tr. de art. jur. tit. de
Princip. extern. Patric. 2. de Regn. tt. 10.*

DCC VIII.

Modò in historiæ lectione non grammatizemus, sed
Philosophemur, *Primaude. lib 1. Academ. Gallic. c. 7. Bodin. in
meth. hist. c. 5. Lips. 1. polit. c. 9. & in not. ibid. Middendorp.
in qq. polit. Arist. q. 6 8. Hippolyt. à Collib. in Palatin. pag. 16.
& seqq.*

Pere.

Peregrinationes Legati.

DCCIX.

Non minus autem aliorum exemplo, quam præceptis sapientum prudentes in dies evadunt homines:

DCCX.

Id adeptum Legatum volumus ex peregrinatione, in qua multum tempus ante consumserit: atq; ita peregrinatus sit, ut externos mores, diversas civitates, & administrationum genera diligentissimè animadvertit.

DCCXI.

Non enim satis habet prudentia à literis, adjumenti, nisi ad eam accesserit usus rerum, qui non aliunde facilius, quam ex longa peregrinatione comparatur.

* DCCXII.

Vlysses Homericus sapientissimus est habitus, quem peregrinatio, aliorum casus & eventus, atque usus ipse rerum instituit: siquidem hæ sunt tres humanæ vitæ Duces præstantissimæ: vide *Patric. lib. 3. de regn. tit. ult. P. Gregor. 23. de republ. c. 6. Chassana. in catalog. glor. mund. part. 11. consid. 22. Camerar. in medit. hist. c. 48 Lips. cent. 1. epist. 22. Primaude. lib. 1. Academ. Gallic. c. 15. Io. Iac. Beurer. in Tit. Pompon. Att. pag. 33. & seqq. ubi de peregrinationibus studiosorum præcepta & admonitiones doctissimas proponit.*

Eloquentia Legati.

DCCXIV.

Eloquentiam in Legato maximoperè necessariam esse, neminem video qui neget: Eloquentia.

DCCXV.

M 2

Parum

Parum enim foret rectè sentire, & prudenter intelligere, si
quæ rectè sentias, politè eloqui non possis.

DCCXVI.

Contra verò sapientis hominis Eloquentia omnia potest,
quæ aliæ artes nequeunt.

DCCXVII.

Quam ob causam flexanimam & patronam omnium re-
rum eloquentiam veteres appellabant. *Cæsar Raco in discursibus tit. de Eloquent. Hyppolyt. à Collib. in tr. de Princip. c. 7. & in Palatin. pag. 20.*

DCCXVIII.

Nec tamen multiloquam & vagam, sed brevem & argu-
tam eloquentiam politici commendant:

DCCXIX.

Quis debeat
esse Legati ora-
tio?

Itaque Legatus prudens **aulicus**, plus mentis quam verbo-
rum in sermone relinquat: & cum magnis viris studeat esse bre-
vissimus in re sua tractanda.

DCCXX.

Hæc ratio dicendi personæ Principis, cuius nomine mitti-
tur, convenit:

DCCXXI.

Sermo enim Legati esse debet sententiarum & rationum
pondere magis quam elaborata dictione illustris: sermo poti-
us quam oratio:

DCCXXII.

Nec tardiloquum, nec celerem, nec incitatum:

Nec quæ levis incurfibus impotens tui sis:

Volo te compositum, te jubeo dicere tractum:

inquit insignis Philosophus & Orator.

DCCXXIII.

Hanc ob causam merito Grammaticis & Sophistis lega-
tione interdicitur: qui verborum flosculis nulla rerum senten-
tia pollent. *l. 4. D. excus. tut. Quibus autem gestibus & ceremo-
niis uti debeat Legatus, in compellendo Principe vide eleg. Ant. de Guevar. in horolog. princip. c. 6.*

Memoria

De memoria Legati.

DCCXXIV.

Et quia memoria Eloquentiæ thesaurus est, & necessarium ^{Memoria.} maximè vitæ bonum, memoria valere Legatum necesse est.

DCCXXV.

Ptæterquam enim quod memoria thesaurus quidam est eloquentiæ: prudentiam quoq; Legati magna ex parte comprehendit.

DCCXXVI.

Imò aliud prudentia esse non videtur, quàm multarum rerum memoria. *Ruiger. Rulandi. in tr. de Commiss. Cam. part. 1. lib. 1. c. 9.*

DCCXXVII.

Et partem prudentiæ memoriæ vocat Arist. in lib. de memor. & reminisc. latè Viv. in suis decis. 123. n. 75. & seqq.

DCCXXVIII.

Contra traditur, oblivionem sapientiæ esse inimicissimam. *Zeno apud Arist. 3. Physic.*

DCCXXIX.

Memoria igitur valere debet Legatus, ne clarorum res gestas virorum memorabiles, ne actiones seu verba Principum illi ex animo unquam excidant, ut sciat, quid, quatenus, & quomodo dicturus sit, ut recordetur, quid responderit, ut quæ secum commentatus sit, verbis eisdem memoriter reddat.

DCCXXX.

Talem autem memoriæ exigimus, quæ huic provinciæ sit apta, non quæ omnium recordetur:

DCCXXXI.

Id enim divinitatis potius: quàm humanitatis est, autore Justinian. l. 2. *Si quid autem. C. vet. jur. enucl.*

DCCXXXII.

Cum autem omnium hominum memoria teste Icto sit

M 3

labilis:

Memoria quo-
modo acquiratur

tabilis: l. peregrè. D. acq. poss. nos quomodo ea acquiratur, augeatur, et conservetur, breviter & quasi obiter videbimus:

DCCXXXIII.

Memoria enim sicut homo crescit & decrescit, oritur & moritur. *l. quidam. § quid ergo. 1. D. furt. l. 2. § pen. D. aq. plur. arc.*

DCCXXXIV.

Illud autem certum est inter omnes, memoriam constare naturæ beneficio: arte tamen augeri atq; excoli.

DCCXXXV.

Quibus autem artibus uti debeat Legatus, quæri potest: Iurisperiti nostri tradunt, studium facere memoriam: *Rom. sing. 363. Zas. cons. 2. n. 59. lib. 2.*

DCCXXXVI.

Et reiteratam lectionem facere præsumtionem, aliquem alicujus rei recordari:

DCCXXXVII.

Et hanc quidem viam ingredi esset expeditissimum:

DCCXXXVIII.

Hinc Seneca tradit, memoriam retineri ejus rei beneficio, ad quam sæpè respicimus: & minui nisi exerceatur. *de benefic. Cic. de senect. Petrarch. de remed. advers. fort.*

* *DCCXL.*

Sed hæc generalia esse quisquam dixerit, aliosq; faciliores modos restare affirmabit, medicamentorum scilicet vi, memoriam comparari posse?

DCCXLI.

An ergo id Legato facere liceat? videndum est, quod prima fronte dicend. videbatur.

DCCXLII.

Quem-

De memoria ap-
poficiali;

Quemadmodum enim corpus infirmum medicamentis firmetur, ita & debilem memoriam medicamentis posse iuvari.

DCCXLIII.

Hinc varia medicamenta ad memoriam conservandam et augendam Medici proponunt:

DCCXLIV.

Quod ex eo etiam probari videtur, quod plerique volunt, mulieribus scilicet licere deformitatem faciei smegmate ornare, ut formosiores, venustiores, elegantiores sint & videantur: ut pluribus ex sacris literis & profanis in utramque partem allego. disputat Tiraq. de lb. connub. gl. 1. part. 3. in pr.

DCCXLV.

Contrarium tamen magni nominis Theologi defendunt, quorum sententiam, ut tutiori, nos etiam accedimus.

DCCXLVI.

Principio enim dotibus naturae à Deo datis contentum esse quemlibet, honestum est, iisque tantum mediis, quae à Deo data sunt, utendum est:

DCCXLVII.

Nec sunt facienda mala, ut eveniant bona.

DCCXLVIII.

Constat autem, quod ex medicamento, quo ad acuendam memoriam utuntur, saepe morbi gravissimi, ac funesti exitus sequantur, ut experientia confirmat.

DCCXLIX.

Non igitur medicamentis ejusmodi facile utend. esse dixerim, cum nemo Dominus sit membrorum suorum.

DCC L.

Certè non dissimili ratione Jurisconsulti nostri poena afficiunt eum, qui poculum praebet amatorium: *l. si quis § qui abortum. D. poen. Menoch. 2. arb. jud. qq. cas. 358.* non attento, quod hic finis porrigentis bonus sit, ut amorem atque gratiam sibi conciliet.

Planò

DCCLI.

Planè si per morbum amissa sit memoria, medicamenta ad eam recuperandam licitè adhiberi, non invitus concesserim, præsertim si talia sint, qualia Medici peritissimi præscribunt. *Gratalor. in tr. de mod. comparand. & amitt. memor.*

DCCII.

Accidit plerunq; , ut qui ingenio prompti sunt, memoria parum valeant: contra tardioris ingenii, sunt aliquando tenaci memoria præditi: queritur igitur hoc loco: *Virum judicii*

Judicium an memoria in Legato prævaleat?

an memoria potior ratio haberi debeat in futuro Legato?

DCCLIII.

Et judicium limatum memoriæ antecellere simpliciter concludimus:

DCCLIV.

Est enim vis judicii simpliciter res quædam divina, seu scintilla & radius mentis divinæ, qua argumentamur, qua disserimus, qua concludimus:

DCCLV.

Estq; longè difficilius in uno quoq; negotio gravi, quid optimum sit exponere: quàm eorum, quæ ab aliis proposita sunt meminisse.

DCCLVI.

Quod si utraq; mediocriter conspirent, tunc verò nescio, quid divinum ac singulare soleat existere:

Lingvarum cognitio.

DCCLVII.

Lingvarum notitia.

Eloquentiæ Linguarum etiam subjicimus cognitionem, qua ornatus esse debet Legatus: maxime illius, apud quem Legatus est, ut multa incommoda impediatur:

Adfert

DCCLVIII.

Adfert hæc cognitio magnum usum ad quaslibet res commodius tractandas.

DCCLIX.

Qui enim interprete uti coguntur, quæ proferunt, nec tam grata, nec tam efficacia esse possunt.

DCCLX.

Adde, quod qui vicariæ alterius operæ confidunt, sæpissimè decipiantur.

DCCLXI.

Hac de causa Themistocles, cum Athenis profugus, ad Regem Persarum concessisset, animi sui petitionem exponere noluit, priusquam Persicam addidisset linguam, ut sine interprete, quod plurimum referre arbitratus est, cum Rege loqui posset :

DCCLXII.

Et sanè, si veredarii etiam, tabellarii, nautæ, mercatores, & quicumq; ad faciendum quæstum, diversas gentes accedere solent, plures ideò linguas addiscunt, ut suis potius quàm alienis auribus ea excipiant, quæ petentibus respondentur : quantò magis magni Principis Legatus futurus, in id sedulò eniti debet.

DCCLXIII.

Turci licet barbarorum ferocissimi, & à literis maximè alieni, cum re ipsa linguarum summam videant utilitatem, quot linguas quis calleat, totidem viris illum equi valere, vulgato proverbio dictitant. *Guilhelm. Post. de rebus Turcic.*

DCCLXIV.

Nec alia fuit ratio, quare Carolus IV. Imperator bulla illa aurea, quæ de Imperatorum electione agit, inter alia hoc quoq; præcipiat, ut Electorum filii primis ab annis Latinam, Italicam, & Illyricam addiscerent linguam, ut sermonem cum his gentibus communicare possent. *Hippolyt. à Collibus in tr. de Consuetud. Princip. pag. 181. P. Greg. lib. 15. de Republ. c. 4.*

N

Hodie

DCCLXV.

Hodie si Legatus linguam Latinam exactè teneat, bene prospectum ei opinor: quoniam longè hæc est hodie in universa Europa notior, quàm quævis alia.

DCCLXVI.

Sed *quæritur: Vtrum Legato in Legatione exponenda peregrina & exotica, an patria lingua utendum sit?*

An Legatus in exponenda legatione peregrina lingua uti debeat?

Et arbitrator, ei dū legatione exponit, vernacula ac nativa oratione utendum esse:

DCCLXVII.

Certissimum olim servitutis argumentum fuit, externa lingua uti.

DCCLXVIII.

Nec minus igitur patria lingua, quàm patriis vestimentis uti Legatus debebit:

DCCLXIX.

Quibus indutus ab exteris agnosci, multoq; honore affici possit.

DCCLXX.

Nec vestitum ementiri debet: nisi si hostium insidias timeat, aut si omnem sibi aditum ad Principem externum præclusum esse sentiat.

DCCLXXI.

Sic quendam Venetorum Legatum induta Turcica veste ad tyrannum sibi viam parasse legationemq; ex voto confecisse: Scribit Vayer. c. 10. in fin. *Reliqua de vestitu aulicorum: Wie sich ein Hoffman kleiden sol/ vide eleg. apud Ant. de Guevar. in horolog. aul. cor. c. 8.*

De virtutibus Legati.

DCCLXXII.

Virtutes Legati

Sequitur ut de his virtutibus dispiciamus, quas in Legato



gato præcipuè requiri existimamus: fidem, temperantiam, fortitudinem; &c.

DCCLXXIII.

Quò magis enim Legatus scientia plurimarumq; rerum cognitione præstiterit, eò etiam magis obesse poterit publicis rebus nisi ad optimam naturam virtutes morum, & optima mens & voluntas adjuncta sit.

DCLXXIV.

Nihil enim est acuto ingenio, nihil callido consilio, sine fide, sine animi bonitate perniciosus:

DCLXXV.

Et quemadmodum vasa aurea & argentea magnificè ac preciosè cælata, cum radiis solis attinguntur, magis splendent, majoremque habent pulcritudinem, ita prudentia morum honestate exornata: magis elucet, & ipsa. Legatio majorem dignitatem obtinet.

De fide Legati,

DCCLXXVI.

Ac fide quidem debet maximè abundare Legatus:

DCCXXVII.

Nam in ipsius fidem se Princeps totum commisit. Et quantum fides Legati mittenti proficiat, sapiens ostendit *Proverb. 13. & 25.* Ut frigus nivale tempore messis, Legatus fidus mittentibus ipsum: Nam animam dominorum suorum restituit.

Fides Legati.

DCCLXXVIII.

Quo etiam oppositum virtuti vitium majus est, ex eo, quàm minimè liceat ab ipsa virtute decinare, clarè perspicitur.

DCCLXXIX.

At prodicione nihil gravius retriusque: *Paric. 8. de*

N. 2

Regn.

*Regn. tit. 20. Tiraq. de pæn. ll. temper. caus. 31. n. 21. &
Seqq. Camer. in medit. hist. c. 7. Pontan. de immanit. c. 8. Pri-
maudæ. lib. 1. Academ. Gallie. c. 39.*

DCCLXXX.

Fidem autem in Legato nostro optimam & spectatissi-
mam, quæ veritate constricta est, desideramus, eumq; simplicis
veritatis amicum esse volumus, usq; adeo ut ab omni fraude, si-
mulatione, & mendacio, quod non cadit in virum bonum, ab-
horreere videatur.

DCCLXXXI.

Ab iis enim qui & ficto sermone & simulatione ipsa,
quæ cū vanitate conjuncta est, uti sæpè soliti sunt, nihil ferè syn-
cerū, nihil simplex, nullumvè fidele consilium expectari potest.

DCCLXXXII.

Nec potest quisquam bonum illum virum judicare, qui ut
honores, præmia, amplissima beneficia ab aliquo Principe adi-
piscatur, fidem violat.

DCCLXXXIII.

Mendacium enim, ut ait Princeps Philosophorum Plato, om-
nes homines Diiq; oderunt.

DCCLXXXIV.

Turpiter fecit Æschines, qui ad Philippum Regem Lea-
gatus fidem violavit, unde à Demosthene e mentitæ Legationis
est accusatus.

DCCLXXXV.

Taciturnitas.

*Ad fidem Legati etiam hoc pertinet, ut Legatus
quæ secretò Princeps consilia, & ante legationem & in
Legatione communicavit, secum habeat, et ea nunquam
enunciet.*

DCCLXXXVI.

Nefas enim omnino videtur esse, atq; hominis scelestis-
simi, aperire mysteria sui Principis, & res occultas sibi commis-
sas atq; concreditas, quas supprime re prorsus debet, aliquo mo-
do divulgare.

Imitetur

DCCCLXXXVII.

Imitetur Legatus Græcum illum : cui cum objectus esset
or̄is fætor, respōdit fœdere sibi ex multis secretis, quæ intus con-
clusa marcuissent.

DCCCLXXXVIII.

Hoc facilius assequetur Legatus, si pauca loquatur : &
prius consideret quæ velit dicere, ac linguam imprimis in con-
viviis contineat.

DCCCLXXXIX.

Bianti, cum in convivio taceret, à garrulo quodam objici-
ebatur stoliditas ; ego verò. inquit ille, si stultus essem, inter po-
cula silere non possem :

DCCXC.

Ridiculi planè sunt, qui ut magna se in gratia apud Prin-
cipem esse ostendant, quid quolibet die in Principis cubiculo fa-
ctum sit, ad exemplum Thraſonis Terentiani referre gaudent :
aut inter pocula omnia referunt, quod Tiberio, maximo scilicet
simulatori vitio datum est. *Sueton.*

DCCXCI.

Hanc ob causam nihil difficilius, ut inquit Aristot. quàm
tacere quod loqui non oportet. *Primauda. lib. I. Academ.
Gallie. c. 12.*

DCCXCII.

*Queritur hoc loco: An Legatus ut fidum se Domi-
no præstet suo, à fide possit discedere, quam Deo debet :
quod nequaquam putamus ei licitum esse :*

DCCXCIII.

Et sceleratorum hominum, mancipiorum turpissimorum,
Orcō devotorum pectorum voces illas arbitramur, illos ani-
mos dicentium: Nutum Principis suam esse in Deum fidem, su-
am esse religionem : *DCCXCIV.*

Itaq, nec temporarius Legatus audiet, si quid ipsum a-
gère Princeps velit, quod fidei Deo devinctæ vel tantillum de-
rogare videatur.

N^o 3:

In^o

DCCXCV.

In obligatione omni qua quis homini obstrictus est, excepta intelligitur, quæ in fidelitate fit feudali cum Rege & Imperatore: nos obligationem, qua DEO tenemur, non ita accipiemus?

DCCXCVI.

Rectè Abdias, qui licet Achab instigante uxore Iesabele, Prophetas Dei undequaq; compræhendi & occidi juberet, rectè, inquam, Abdias nihilominus aulæ magister eos abscondidit atq; aluit: 1. Reg. 18.

DCCXCVII.

Sauli octoginta quinque Sacerdotes interficiendos jubenti, quod Abimelech Davidem recepisset, Doëg. Edumæus ille impius, impiissimè obedivit: reliqui verò Regis emissarii, servi & parastatæ rectius & piissimè obedire noluerunt. 1. Reg. 22.

DCCXCVIII.

Etenim vitam, omniaq; bona potius amitenda, quàm ut contra legem atq; verbum DEI imperata faciamus, omnium constantissimorum DEI martyrum exemplo constat. Præclare Bl. in auth. habita. C. ne fil. pro patre: quando Principi injusta jubenti non obeditur, tunc obeditur DEO: Marant. disp. 1. n. 10.

DCCXCIX.

An Legatus Principi parere debeat in rebus turpibus?

Similis est & illa quæstio: *An Principi parere Legatus debeat in his rebus quæ suam ledunt admissæ famam, existimationem, dignitatem?* finge: Iubere Principem suum Legatum mentiri, fidem fallere, viatores intercipere, latrocinari, aut simile aliquid probrosum admittere: Et nos eandem definitionem excipimus:

DCCC.

Fortunas, sanguinem ipsum Principi debemus, & utrumq; effundet Legatus libenter, quo se fidum Domino suo præbeat:

DCCCI.

Sed religionem, sed virtutem non deseret: *ex tr. d. per Steph.*

Steph. Jun. in tr. de vindic. tyran. q. 1. & in tr. de jur. magistratus in subdit. q. 3. & passim. Mindan. in tr. de mandat. c. 5. n. 7. & 8. pulchrè Castigl. in tr. de aulico. lib. 2. pag. 129. & seqq. Pontan. lib. 4. de Obedient. c. 15. & 16.

DCCCII.

Præclarè Socrates, quamvis ille in omnibus magistratui ita obediret, ut magis quam ceteri videretur obtemperans (*εὐτακτῶς*) autore Xenoph. de fact. & dict. Socr. tamen triginta illis tyrannis nō obedivit, quando ei contra legem aliquid præcipiebant.

DCCCIII.

Sic cum prohibuissent eum juventutem instruere, (*τοῖς νεοῖς μὴ διαλέγεσθαι*,) & cum præcepissent ei ac aliis civibus quendam ad supplicium ducere, solus non obedivit, quod contra ill. præcipissent: maluitq; subire mortem lb. obediendo, quàm contra ill. faciendo vivere!

DCCCIV.

Quid Papinianus noster, qui occidi maluit, quàm injustam necem defendere: qui exemplum omnibus politicis ad imitandum immortalitate dignum proposuit?

DCCCIV.

Ad finem Legati etiam istud maximoperè pertinet, ut quæ ipsi à Principe mandantur, non solum summo studio curet omnia, sed neq; aliter quàm mandata sunt:

DCCCVI.

Quod adeò verum est, ut etiam eadem (quamtum fieri potest) verba servanda sint ubi verbis opus est:

DCCCVII.

Sic Homer. Legatos suos uno verborum contextu loquentes facit: quod & Virgil. observavit: Hæc quamvis ita sint, scrupulose tamen & anxie à politicis quæri solet: *An eò saltem!*

An Legato ali-
quando fines
mandati exce-
dere liceat ?

saltem casu fines mandati præteriri possint, si id ex re
Principis fore existimemus, ut cum fortuito aliquid in-
tervenit, quod mandati sui tempore Princeps ignora-
verit ?

DCCCVIII.

De hac quæstione, quia res non parvi momenti est, accu-
ratè nobis differendum est.

DCCCIX.

Dubium movet, quod qui à Principis mandato recedit,
etiamsi ex malicia & superbia id minimè agat, videatur Domi-
num contemnere, vel se saltem suamq; prudentiam majoris fa-
cere, quod odiosissimum est.

DCCCX.

Deinde (quod facile evenire potest) si res ei cui man-
data est, ex animi sententia non succedat, culpa imprudentiæ &
pœna indeprecabilis subeunda est.

DCCCXI.

Quod si vero melius fortè vertat, fortunæ id beneficium
censetur.

DCCCXII.

Itaq; in rerum publ. administratione non fuit impune ei,
qui contra mandatum Imperatoris, quanquam egregiè & felici-
ter rem gesserat.

DCCCXIII.

Quod Manlius Torquatus domestico exemplo docuit:
Triste (subdit Liv. lib. 8.) exemplum, sed in posterum salubre ju-
ventuti.

DCCCXIV.

Corrumpitur, inquit Agell. atq; dissolvitur officium im-
perantis, si quis ad id quod facere iussus est, non obsequio debi-
to, sed consilio non desiderato respondeat:

DCCCXV.

Idq; exemplo P. Craisi Muciani demonstrat: i. not. Att.

6. 13.

Ex

DCCCXVI.

Ex quibus colligere licet, nihil agendum, nihil dicendum præterquam quod à Principe imperatum est :

DCCCXVII.

Nam quod jura civilia statuunt, mandati fines quandoque licere excedere : si rem commissam plenius & melius expediveris, quam jussus eras : *l. diligenter s. § fin. D. mandat. Eod. lib. 3. de Republ. c. 2. Coras. 1. misc. c. 24 n. 6. & seqq.* & alterius conditionem meliorem etiam ignorantis & iniuri nos facere posse, deteriore non posse : *l. solvendo. 39. D. negot. gest.* id de reb: privatis, non etiam publicis rectè accipimus : in quibus uti non licet aliqua interpretatione :

DCCCXIX. *

Sic apud Aelian, *lib. 5. lex Attica* Athenienses homines Legatos in Arcadiam interficit, quod non per præceptam à magistratu viam illuc essent profecti, tametsi cuncta in Legatione rectè obissent :

DCCCXX.

Tanti faciebant antiqui parere imperio & lb. publicis. Quæ tamen quæstio distinctione commodissimè decidi videtur :

DCCCXXI.

Aut enim tempus Legato suppetit, quo Principem ejus, quod de novo emerfit, certiore reddere, & alterum mandatum expectare possit :

DCCCXXII.

Aut res ipsa nulla ratione differri potest :

DCCCXXIII.

Illo casu non dubitarim, quin res Principi aperienda sit.

DCCCXXIV.

Periculosum enim nimis est fines mandati Principalis egressi : *l. diligenter. D. mandat. l. sed etsi pupillus. § conditio. D. inst. act.*

DCCCXXV.

Et est notus versiculus : Quis nescit longas Regib. esse manus.

DCCCXXVI.

Quod si negocium moram istam non ferat, in re quidem parvi momenti, ut ut res cadat, tutius est mandato adherere :

DCCCXXVII.

Vix enim dici potest, quantoperè inobedientia Principibus displiceat :

DCCCXXVIII.

Si vero res gravis sit, damna quæ inde emergere possint, diligentissimè perpendenda, & ne fallatur opinione, operanda : illudq; postea consilium capiend. quod in manifestam Principis dignitatem vel utilitatem vergat : cujus causæ statim per literas Principi significandæ.

DCCCXXIX.

Quod si utilitas dubia sit, haud facillè quid extra mandatum tentandum : ne si quid adversi contingat, fama periclitetur.

DCCCXXX.

Solent enim vulgò non facta, sed eventa notare :

DCCCXXXI.

Hæc quæ hucusque dicta sunt, locum habent, cum mandatum Legati simplex est : Aliud est, si mandato vel instructioni, ut vocant, generalis illa clausula inserta sit : *reliqua tuæ prudentiæ & discretioni committimus* : tunc enim putant plerique posse Legatos, Oratores, & Commissarios Principum. ex causa nova, quæ committentem latebat, quandoq; ex tempore pro re nata, limites mandati sui, pro utilitate & in rem Domini excedere : prout hoc exemplis declarat Cremenf. *ing. 151.*

DCCCXXXII.

Et ita quandoque cum laude in gravissimis causis Legatos Principum fecisse, tradit Gail. *1. de pac. publ. c. 4. n. 30. vide de Cost. ad l. si hominem, 30. D. mandat. Rutgers. Rulandt. in*

11. de

rr. de Commissar. Camer. part. 1. lib. 3. c. 2. n. 6. & c. 3. n. 15.
 & seqq. & c. 4. per tot. Tiraq. de pœn. ll. temper. causs. 52. n.
 3. & seqq. Nevizan 4 sybo. nupt. n. 140. & seq. Per: non.
 lib. 1. variar. le. t. c. 23. Mindan. de mandat. judic. c. 3. n. 6. &
 seqq. Pontan. 4. de Obed. c. 13. Castigl. lib. 2. de aulico. pag.
 130. & seqq. Franc. Vayer in tr. de legat. c. 11. Octavian. Mag.
 ibid. lib. 1. c. 2. pag. 54. & seqq. Alberic. Gent. lib. 3. c. 18.
 in fin.

DCCCXXXIII.

Quæritur: Si Legatus dum missionem expectat,
 aliquid subolfaciat, quod intersit Reipubl. Principem id
 resciscere, ad legationem tamen suam non pertineat,
 an ea de re ad Principem suum scribere debeat? Et ar-
 bitror ejus muneri ac officio etiam hoc incumbere, ea de re qui-
 bus rationibus & quam citissime poterit, suum Principem cer-
 tiorem facere:

An Legatus etiã
 iis de reb Prin-
 cipem monere
 debeat, quæ ad
 officium suum
 non pertinet

DCCCXXXIV.

Tentare enim & explorare à Legato alienum non est: e-
 umq; ob finem sæpius mittitur, quanquam alia honestior missi-
 onis causa præferatur.

DCCCXXXV.

Quid? quod multis privatis, nulloq; publico sacramento
 adstrictis exitium attulit, conjurationem resciscere, eamque
 Reipubl. gubernatoribus non propalasse, aut Principi non re-
 velasse: non quod eam scivissent, sed quod non revelassent.

DCCCXXXVI.

Sic Principis Consiliarium pleriq; sapientes existis-
 mant, in rebus magni momenti postulante necessitate,
 quod sibi videatur, etiam non rogatum, Principi ob bo-
 num publicum denunciare debere: quod pluribus proba-

O

2

viin

De temperantia.

Temperantia

DCCCXXXVII.

Altera virtus, qua praeditum esse oportere Legatum diximus: Temperantia est:

DCCCXXXVIII.

Temperandum igitur à voluptatibus Legato est, ne vel facto vel dicto ullo decoram minus aliquando reddat personam quam sustinet.

DCCCXXXIX.

Bonosus ad ebrietatem Legatos pellicere consueverat, ut arcana pectoris eorum palam omnia rescisceret.

DCCCXL.

Sed & Persarum Legati à filio Amyntæ interfecit documento omnibus Legatis esse debent, ut à vino, ut ab illicitis cupiditatibus sanctè abstineant.

DCCCXLI.

Quæ vel similia Xenocrates Atheniensium Legatus cum incurrere nollet, dicitur nec quicquam voluisse gustare prius, quam legationem suam exposuisset. *De aliis quæ aulico vel Legato observanda sunt, ad cœnam Principis accersito: Wann er vber des Fürsten oder sonsten grosser Herren Taffel gesetzt wird, vide elegantiss. Ant. de Guevar. in horolog. aulicor. c. 7.*

DCCCXLII.

An Legato munera accipere liceat?

A muneribus quoq; accipiendis abstinere & temperare sese Legatum oportet.

DCCCXLIII.

Qui enim à quocunq; pecuniam recipit, sui ipsius dominum illum constituit, ut ex Socrat. lib. I. de eius fact. dictisq; Xenophon. refert.

DCCCXLIV.

Sic Venetorum institutis etiamnum hodie capitale est Legato in Legatione munera contrectasse;

Quod

DCCCXLV.

Quod suo periculo comprobaturum fuisse Hermolaum
Barbarum, nisi mors ante diem irrepisset, scribit Paul. Iov.
in elog.

DCCCXLVI.

Sed rectius facturum arbitror legatum, si aureum illud
Antonini præceptum sequatur: propositum *in l. solent. 6. D. offic.
procon. & explicatum à Politian. in miscellan. 6. 95.*

DCCCXLVII.

οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, hoc est,
neq; omnia, neq; quovis tempore, neq; ab omnibus.

DCCCXLVIII.

Nam valde in humanum est, à nemine accipere, sed pas-
sim, vilissimum: omnia avarissimum.

DCCCXLIX.

Laude digni illi sunt, qui a privatis & pauperibus nihil,
in primis justitiæ promovendæ causa: sed à Principibus obla-
ta, grata mente accipiunt: detestandi, qui justiciam & verita-
tem vendunt.

DCCCL.

An autem Legatus munera sibi oblata Principi suo tene-
atur restituere, dictum, est supra.

De fortitudine.

DCCCLI.

Proxima est fortitudo legati: Qui enim adversus om-
nem vim, omnemq; eventum pectus imperterritum non gerit, Fortitudo Legati.
is saltem cognoscat hoc & non suscipiat legationem. *Pulvè Anty
de Guevara. in horolog. aulicor. c. 1.*

DCCCLII.

Et expendat diligenter, quod prudentiæ magistri ei
præcipiunt, qui se dicare vult Principibus, an semper occupatus,
infelix surgere, labores aulicos tolerare, famem perpeti, firim

O 3

suffer-

sufferre, invidiam, calumniam, & contumelias æquo animo sustinere, honores, famam immortalem in ea aula quam ingreditur, potentiam, divitias, voluptates acquirere, & quod primum est, pietatem exercere, animæ beatitudinem lucrari, & quæ Deo grata ac Reipubl. salutaria sunt, gerere queat.

DCCCLIII.

Hæc qui se præstare posse diffidit: privatus potius vivat, imiteturq; Ciceronem magis quam Demosthenem:

DCCCLIV.

Ille ista ratione Legationem ad Antonium prudenter deprecatus est, & refugit: iste imprudenter egit, quod ad Alexandrum destinatus, & jam usq; in aliquam viæ partem progressus, dum subinde Regis impotentem iram reformidat, deserta Legatione retrocessit.

DCCCLV.

Legati igitur, Oratores, interpretes, nuncii, sive dicendæ sive agendæ rei causa mittendi, debent diligenter explorare vires suas, neq; manus illud cui se putant impares, suscipere.

DCCCLVI.

Rectè enim Jurisconsultus Cæjus: Non videtur iniquum, si infirmitas culpæ annumeretur: cum affectare quisq; non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem suam alij periculosam futuram.

DCCCLVII.

Ergo certo modulo te & tua metire probando: Ne scande locos, è quibus inde sit ruendum. Scalig.

DCCCLVIII.

Legatos enim aulicos oportet, inquit Cominæ: esse homines peritos, & circumspectos.

DCCCLIX.

Queritur: An aliqua confidentia in Legato laudabilis? quod planè arbitror:

DCCCLX.

Cui enim res magnæ sunt gerendæ, is gerere illas audeat,

&

& sibi ipse confidat necesse est, animoq; minimè abjecto sit oportet, aut vili: que: namadmodum eleganter monet Castigl. *in aulico lib. 1 pag. 32.*

DCCCLXI.

Vsq; adè ut licet inferiores sint longe, qui mittunt legationem, iis ad quos mittuntur, possit tamen Legatus forte quadam confidentia uti, si magnanimi sint illi quibus exponetur Legatio.

DCCCLXII.

Fecit hoc Hanno Carthaginensium Legatus, cum Romani nihil moderati æquiq; ipsi respondissent: & sic verecundiores æquioresq; Romanos effecit. Diod. in select.

DCCCLXIII.

Præclare Diod. in select. Romani, inquit, etiam hostes à virtute magnanimos, & victoriæ cupidos diligunt:

DCCCLXIV.

Et Cic: Sæpè virtus & magnificentia, in qua gravitas & autoritas, plus proficit ad misericordiam commovendam, quàm humilitas & obsecratio.

DCCCLXV.

Hinc timidi Legari iustissime vocantur canes muti, non valentes latrare. *ut sit Rector. 43. distinct.*

DCCCLXVI.

Docet quippe negare, qui timidè rogat, inquit Senec. *in Hippo.*

DCCCLXVII.

In quo tamen in primis oportet animadvertere, ne quæ alia repugnent, & cavend. diligenter, ne quid nimis.

DCCCLXVIII.

Cymbros legatos non fortes, sed feroces & stolidos dixim, qui cum vieta ea gens esset, & in angustias redacta à Mario, huic tamen minitabantur.

DCCCLXIX.

Nec enim probris incessere, sed orare necesse est, &

& precibus non criminibus placare id, quod est, potentius.
DCCCLXX.

Nec verò in magnis solum, sed & in omni re magnum, dignumq; gerere animum Legatos volo: nec ut tantillum de sua dignitate minuatur, ullo modo pati.

DCCCLXXI.

Quomodo sese gerere debeat Legatus, si de loco ipsius moveatur?

Queritur: quomodo sese gerere debeat prudens Legatus, si de loco ipsius moveatur: & an Legatus maioris Principis ullo modo cedere locum debeat Legato Principis minoris?

DCCCLXXII.

Et placet eorum sententia, qui putant, tueri debere Legatum omnino jura & privilegia sui Principis, & fugere potius congressum alterius Legati, quam illi unquam loco cedat.

DCCCLXXIII.

Cessione enim loci, aut aliqua alia in re quã temerè consentiret, facile accidere potest, ut sui Principis existimationem offendat.

DCCCLXXIV.

Non enim licet Legatis de dignitate Dominorum quicquam sine expresse mandato Principum constituere, à quibus missi sunt.

DCCCLXXV.

Sed quid si ad solennes sacrasvè ceremonias vocetur? Et suaferim, ut minimè eò se conferat, nisi de loco suo sic certi aliquid habeat, ut suspicari non possit de contentione: in qua si fortè dimitteretur, nimis grave præjudicium in eum Principem, cujus esset Legatus, factum videretur.

DCCCLXXVI.

Quid si casu aliquo interesset Legatus noster altercationibus aliorum Legatorum, quæ haberentur hac de re, sive publicè sive privatim, quas tamen de vitare prorsus debet?

debet? Et arbitrator nullo ipsum pacto verbum aliquod inferre debere, nec se quoquo modo intrudere aut interponere:

DCCCLXXVII.

Nihil deniq; dicere aut facere, ne alterutri ipsorum in re tanti ponderis (quod summæ levitatis esset) favisse videatur.

De renunciatione Legationis.

DCCCLXXVIII.

Ultimus Legationis actus est, ut in reditu, quæ in Legatione egerit, notaverit, & animadverterit, suo Principi diligentissimè renunciaret.

Renunciatio.

DCCCLXXIX.

Et quia solent Principes maximis de rebus ex renunciationibus Legatorum deliberare, Legatus imprimis referet omni animi perturbatione posthabita.

DCCCLXXX.

Non enim suo Principi aut Reipub. videbitur profuisse, si quæ narraverit, profecta erunt ab amore vel ab odio, quo eum Principem, apud quem legationem obierit, prosequatur.

DCCCLXXXI.

Hoc loco quaeritur: *An Legatus omnia renunciare debeat, etiam quæ obiter & ἐκ παρρησίας forsitan observavit, vel audiverit?* Germ. Was er im Nebengespräch / so er mit dem Fürsten oder den seinen gehalten / gehört? Et licet Honorius & Theodosius Impp: rescripserint, alieni regni arcana non scrutanda: tamen pleriq; politici consentiunt, Legatum reversum omnia ea narrare debere, quæ ad rempubl. videntur spectare: videlicet, mores, religionem, & ll. gentium, regionum situm, arces, civitates, vestitum Principum, Consilia-
P riorum

riorum qualitates, origines : familias, potentiam, opes, ædificiorum formam. &c.

DCCCLXXXII.

Exempla illustria ad hanc quæstionem pertinentia habet Mont. lib. 1. c. 9. Bellai. lib. 4. VVera. lib. 1. *Der Fürstlichen Tischreden* / c. 16.

De electione Legati.

DCCCLXXXIII.

Haftenus etiam de virtutibus & officio Legati prolixè à nobis tractatum est : Frustra autem Legatum informare videbimur : nisi Principi etiam sit prospectum, quomodo in electione rectè sibi caveat.

DCCCLXXXIV.

Ab electione enim Legati, omnis honor, utilitas, infamia atq; ruina Principis & populi dependet. Nam cum Legati ex officio publica negocia tractent, universamq; Rempubl. sine restitutionis spe ac venia constringant : danda opera est, ne quem fors tulerit, non cognita aut probata ejus virtute Legatum designemus : sed delectus adhibendus, summaq; in deligendo cautio.

DCCCLXXXV.

Siquidem & in privatorum actionibus non cuilibet indiscriminatim negocia committuntur : sed hominibus solertia, labore & industria pol'entibus, nec non longo rerum usu & experientia confirmatis.

DCCCLXXXVI.

Quin etiam delectum in Legatis designandis adhibendum ipsa nominis descriptio satis indicat.

DCCCLXXXVII.

Etenim Legati à legendo dicti sunt, quod publicè lecti mitterentur, ut ait Varro : & dictum est supra.

Videa.

DCCCLXXXVIII.

Videamus igitur: *Qua ratione Princeps, cui in sua prudentia parum presidii est, fideles Legatos nancisci possit?*

DCCCLXXXIX.

Hæc quæstio rectè explicari non potest, nisi primò monuerimus, *quomodo in uniuersum publica officia, quibusq; demandari debeant, ut utilitati Reipub. consulatur:*

Quomodo quibusq; publica officia demandari debeant?

DCCCXC.

Nos igitur aliis detractis circumstantiis in genere tractemus: *Quomodo bonus Princeps rectè sibi prospiciat, ut fideles ministros nanciscatur quibus non modo munus hoc Legationis, sed omnem Reipubl. administrationem credat? quod vel prudentissimis Principibus arduum est.*

DCCCXCI.

Sunt enim mortalium pleriq; falsi, occulti, callidi, turpes animos subdola modestia tegunt, & quos integros multi crediderant, alios esse magistratus prodit, ubi quæstus, aut quælibet alia spes excutiendæ virtutis ingenio materiam præbuit.

DCCCXCII.

Tàm verum quàm vulgatum proverbium est: honoribus mutari mores.

DCCCXCIII.

Multos enim videas in privata fortuna faciles, & comites erga humilimum quemq; , mox ubi ad honores ascendere, eò superbiæ venire, ut vix etiam familiari usu notos agnoscant.

DCCCXCIV

Hæc igitur morum inconstantia, quæ multorum ingeniis

insita est, rem per se difficilem, difficilissimam Principi facit, laboranti ne aberret, in deligendis viris, quos ad munera publica adhibeat.

DCCCXCV.

Præclarè Iso crates ad Dæmonicum: Nemine inquit, utare malo viro ad obeunda ministeria.

DCCCXCVI.

Quæ enim illi deliquerint, eorum culpa ad te transfertur.

DCCCXCVII.

De quo admonuit etiam Iustinianum Agapetus, quod de malè præpositis reddenda sit ratio Principibus coram DEO, quod facultatem peccandi ipsis præstiterint, & indullerint.

DCCCXCVIII.

Et rectè quidem: Nam si puniendi erunt severissimè, qui incapaces vel improbi malè Rempubl. gubernarint, & regimen postularint, vel acceptaverint indigni: quanto severius isti condemnabuntur, & quod illi malè gesserint, & quod ipsi malè concesserint potestatem:

DCCCXCIX.

Theologorum
Sententia.

Sic in Concilio Tridentino sapienter decretum est, & communis est omniū Theologorū sententia, gravissimè in foro conscientie delinquere, qui ad officia publica minus dignos & idoneos promovent, dignioribus præteritis: Sarnen in c. 7, de constit. in 6 n. 2. 2. ubi ait hanc sent. esse communem: Dominic. à Sor lib. 3. de iust. & iur. q. 6. art. 2. conclus. 9, late & docte Gabr. Paleott. in tr. de sacri Consistor. consultat. part. 4. q. 1.

DCCCC.

Et jure communi eum qui jus nominandi habet, ex eo solo, quod minus idoneum nominavit, jus nominandi

di saltem pro illa vice amittere, latè probat Modestini. Pist. conf.
44 q. 2. vol. 2.

DCCCCI.

*Et minorem partem Consistorii vel capituli eligens
rem idoneum, præferendam majori parti eligenti inha-
bile, immaximè si notoriè de inhabilitate constet: similiter
evincit Pist. d. conf. 44 q. 9.*

DCCCCII.

Verum etsi facile non est, docere quibus illos notis Prin-
ceps discernat, quibusq; vestigiis sequatur ac reperiat, operæ
precium tamen est dispicere hoc loco: *Quid in Principis a-* Politico-
rum
sententia.
*micis probandis legendisvè Sapietes observa-
verint?*

DCCCCIII.

In qua re luculentum atq; imitandum videtur exemplum
Alexandri Principis atq; institutum, quo in Consiliariis &
magistratibus legendis uti consueverat.

DCCCCIV.

Primum enim Præsides, Proconsules, & Legatos, nun-
quam ad beneficium faciebat, sed ad iudicium vel suum, vel
Senatus.

DCCCCV.

Atq; adeò non nisi honestos & bonæ famæ homines, &
si aliis in muneribus sui specimen dedissent, ad honores admit-
tebat.

DCCCCVI.

Præstantissimam ratus esse electionem in omni admini-
stratione Reipubl. magistratum, quæ non gratia, non fortuito,
non suffragiis ignorantiae & multitudinis, sed consultò, ex i-
doneis, virtute præditis, & sapientibus fieret.

DCCCCVII.

Itaq; ubi voluisset aliquos vel Rectores provinciis dare,
vel præpositos facere, vel procuratores, id est, rationales ordi-
nare.

nare, ut si quis quid haberet criminis, manifestis rebus probaret, permittebat: dicebatq; grave esse, cum id Christiani et Iudæi facerent in prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt, non fieri in magistratibus & provinciarum Rectoribus, quibus fortunæ hominum committerentur, & capita.

DCCC VIII.

Honores præterea vendi nunquam passus est, & eos qui precio vel sordibus ambirent, rejiciebat.

DCCC CIX.

Contra probos ac prudentes viros, ceterum quietos, & à publicis muneribus teugientes, ut suscipere, cogebat.

DCCC CX.

Idem nunquam Senatorem sine omnium Senatorum, qui aderant, consilio fecit, ita ut per sententias omnium crearetur, & testimonia dicerent summi viri: ac si fefellissent, vel testes, vel ii, qui sententias dicebant, postea in ultimum rejicerentur locum, civium condemnatione adhibita, quasi falsi rei approbati, sine ullius indulgentiæ proposito.

DCCC CXI.

Scilicet hæc illis inurebatur culpæ congruens nota.

DCCC CXII.

Nam qui indignum hominem illicito more provehere nititur, dignus est ipse, qui ordine & loco moveatur.
Innoc. Gentilet. lib. 1. advers. Macciav. theor. 1. Vincent. Castellan. lib. 1. de offic. Reg. c. 55. Ant. de Guevar. in horolog. Princip. part. 3. pag. 8. & seqq.

DCCC CXIII.

An in electione
nobiliores præ-
ferendi sint?

Ex his non difficile est respondere dubitationi quorundam: *An in electione Legati, aut potius, cujuslibet, ut loquuntur, officialis aut ministri, aliquam generis, familiae, opum, gratiæ vel potentiæ rationem Princeps habere debeat?* quod regulariter nego.

Non

DCCCCXIV.

Non enim sibi aut suis aut amicis Rempubl. curat, sed ad utilitatem potius aliorum, qui sibi commisi sunt regendi.

DCCCCXV.

Et magistratus & honores tribuendi sunt ratione virtutis, non favoris, opum, potentiae.

DCCCCXVI.

Et ut in l. fin. C. stat. & imag. dicitur, *Virtutum præmia tribui merentibus convenit.*

DCCCCXVII.

Qui hostem feriet, is mihi Carthaginensis erit, dicebat Hannibal:

DCCCCXVIII.

Ceterum tunc aliquam horum rationem haberi convenit cum virtus utrinque par est, ut competitorum neuter ab altero vincatur, tunc pro suo arbitrio Princeps officium ei conferre poterit, qui potentia, gratia, vel meritis superior sit: etsi nihilominus tali casu Princeps eum ornare teneatur, qui plus officiorum Reipubl. præstiterit.

DCCCCXIX.

Certissimum enim est, honores & officia uno ex tribus modis dari: aut propter merita, aut gratiam, aut potentiam.

DCCCCXX.

Prior virtuti, ultimus abusu assignandus est: medius, licet abusu non careat, tamen is tantus non est, quantus posterior.

DCCCCXXI.

Nec dicit quisquam, nobiles & equites remunerandos esse, ratione familiae & officiorum: Id enim & nos fatemur fieri planè oportere: verum aliud est gratiam reponere, & aliud officium conferre.

Nec

DCCCCXXII.

Nec poterit quisquam hoc iniquo animo ferre: Quid enim magis præclarum est, quàm ut ii, qui genere nobiles sunt, cum virtute, virtutis dignitate contendant, non virtutis invidia virtuti interitum machinentur, propriam nobilitatem tueantur, & alienam rectè nascentem non impediant?

DCCCCXXIII.

Omnis enim nobilitas ex virtute ortum habet, eaq; tam diu dignitatem suam retentura est, dum in illa splendor virtutum eluxerit.

DCCCCXXIV.

Nec dicat quispiam: Principem liberum esse, & facultatem conferendi officia, quibus velit, habere:

DCCCCXXV.

Non enim est libertas, quæ à rectè rationis via recedit, sed abusus.

DCCCCXXVI.

Et una ex certissimis regulis Principem à tyranno discernendi hæc est, quod Princeps officia atq; honores ratione virtutis, tyrannus respectu favoris atq; potentiae ea distribuit.

DCCCCXXVII.

Et Principem, qui in officiis & magistratibus conferendis favorem & potentiam respicit, aut principatu deturbari, aut eum ad tertiam usq; generationem non possidere, prudentissimi rerum politicarum scriptores observarunt: *Furio Ceriolan. in 17. de consil. Principp. c. 5. pulchrè Middendorp. in qq. polit. Arist. q. 40.*

DCCCCXXVIII.

Et licet multi velint, in Legato nobilitatem respiciendam esse. *Salust. in Jugurth. Luc. de Pen. ad rubr. C. de legat. n. 19.* tamen ea de nobilitate tractant, qua perfectè Legationis ministerium exequatur, puta sapientia, quæ omnibus nobilibus nobilior est: *Sap. 7, & virtute, bonisq; moribus. Luc. de Pen. ad l. mulieres. C. dignit.*

Ee

DCCCCXXIX.

Et ut viles excludant: qui neq; in precio & honore apud
exteros habebuntur, neq; suum legationis finem facile conse-
quentur.

DCCCCXXX.

Qualis fuit barbitonsor ille, cujus supra mentionem fe-
cimus, quo Ludovic. XI. Galliarum Rex pro Legato usus est:
teste Vayer. c. 3.

DCCCCXXXI.

Quod si de iis quærat, qui gloriam majorum virtute
quæsitam, omni pectore cõservant, hinc præferendi sint, an illi,
qui nullo domestico exemplo incitati ad nobilitatem perve-
nerunt: non negarim illos anteponeudos esse:

DCCCCXXXII.

Hi enim tantum virtute sua, illi quia majorum vestigiis
ingressi sunt, non tantum sua, sed suorum etiam virtute clari e-
xistunt.

DCCCCXXXIII.

Nec minor est virtus, quam quærere parta tueri.

DCCCCXXXIV.

Et ut præclarè loquitur Senec. 4. de benefic. c. 30. non sine
ratione sacra est magnarum virtutum memoria, & etiam plures
bonos juvat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat.

DCCCCXXXV.

Et hæc debemus virtutibus, ut non præsentibus solum illas
sed etiam ablatas è conspectu, colamus.

DCCCCXXXVI.

Eleganter Cic. pro Sest. Omnes boni semper nobilitati
favemus, & quia Reipubl. utile est nobiles esse homines dignos
majoribus suis, & quia valere debet apud nos senex clarorum
hominum de Reipubl. meritorum memoria, etiam mortuo-
rum.

DCCCCXXXVII.

Similis est illa quaestio: An in eligendis ministris

Q

Prins

An munerib.
publicis origina-
rii extraneis præ-
ferendi sint?

*Princeps aliquam patriæ, nationis, & originis rationem
habere debeat?* quod ipsum etiam regulariter negandum
est.

D C C C C X X V I I I .

Non enim plures quam duæ nationes in toto mundo in-
veniuntur, alia bonorum, alia malorum.

D C C C C X X I X .

Boni undecunq; illi sint, ejusdem patriæ, sanguinis, atque
familiæ ortu censendi sunt, ac mali eadem ratione.

D C C C C X L .

• Et cum natura cognationem quandam inter omnes homi-
nes constituerit, alter alteri quid præstat? Univerfus enim
mundus est hominum domus atq; domicilium.

D C C C C X L .

Et ut præclare Cic. Nihil est unum uni tam simile, tam
par, quam omnes inter nosmet ipsos sumus. Quod si deprava-
tio consuetudinum, si opinionum varietas non imbecillitatem
animorum torqueret, & flecteret quocunq; cæpisset, sui nemo
ipse tam similis esset, quam omnes sunt omnium.

D C C C C X L I .

Interim non negamus, amicis, domesticis, vicinis, genti-
libus si in æqua libræ lance cum extraneis inveniantur, tan-
quam proximioribus subveniendum esse: *arg. l. i. offic. Prætor. &
ibid. Alberic. de Ros. c. in nomine. 23. dist. ord. Cam. Imp. part. 1. tit. 5. &
und wo aber solches.*

D C C C C X L I I .

Sed si extraneus gravitate rationum præponderet, cur
non melioris aut æqualis cum ceteris conditionis esse debeat?

D C C C C X L I I I .

Quod si Princeps ministris unius tantum provinciæ dele-
ctetur, vix est, ut non amoris vel factionis studio rapi vel affe-
ctione peculiari duci videatur.

D C C C C X L I V .

Na S

Nam quando omnis favor, vel ejus maxima pars, in unicam gentem confertur, illa necessario elata superbecit: & alij indignatione accensæ ei invident, maledicunt, atq; obtreant: & tandem desperatione quadam rixas excitantes, ad arma veniunt.

D C C C C X L V.

Nec debet Princeps, qui pater universorum est, cuiquam se, nisi ratione postulante, vitricum exhibere. *Fur. Cerialan. in tr. de Consil. c. 4.*

D C C C C X L V I.

Quæritur etiam: *An clerici possint eligi in Legatos Principis laici?*

An clerici possint eligi in Legatos Principis laici?

D C C C C X L V I I.

Dubitandi causa est: quod non deceat Episcopum & presbyterum publicis se administrationibus immittere, sed vacare, & se commodum exhibere usibus Ecclesiasticis. *Can. Apost. 8.*

D C C C C X L V I I I.

Atq; inde personis Ecclesiasticis immunitates concessæ sunt, ut possint omnibus aliis derelictis, ministeriis Dei omnipotentis inhærere. *l. generaliter § 2. C. episc. & cler.*

D C C C C X L I X.

Et absurdum foret, si promiscuis actionibus rerum turbentur officia, & alii creditum alius subtrahat. *l. 2. C. testam.*

D C C C C L.

Et præcipue clerici, quibus opprobrium est, si peritos se esse velint negotiorum forensium. *l. repetita. C. episc. & cler. l. placet. 7. C. eod.*

D C C C C L I.

Nusquam tamen prohibitum invenio, quin potius permiffum esse arbitror, ut clerici etiam secularibus Principibus à Legationibus esse queant, quod & usus hodie passim observat.

D C C C C L I I.

Et aliquando necessarium est, maxime in iis causis, in quibus de fide, de religione, deq; spiritualibus controversiis tractandum est.

Q 2

Modo

DCCCCLIII.

Modo à criminalibus causis abstineant, & intra sui muneris cancellos se contineant, non ut plerunq; fieri solet, suis sedibus relictis, voluptatum atq; simulatam fiant mancipia: late & pulcrè P. Gregor. lib. 4. partit. iur. Can. tit. 8. c. 9. lit. b.

DCCCLIV.

Huc pertinet etiam illa quæstio: *An Princeps novus Imperii successor, sui prædecessoris ministros mutare, & à se dimittere debeat?* Quod non nisi ex magna causa faciendum est.

An Princeps
novus Imperii
successor sui
prædecessoris
ministros recte
mutet.

DCCCCLV.

Omnis enim subita mutatio periculosa est.

DCCCCLVI.

Et ab iis multa gubernationi utilissima Princeps novus addiscet.

DCCCCLVII.

Et prudenter Ludovicus XI. Galliarum Rex filio suo Carolo hoc consilii dedit, ne quid mutaret in administratione Regni, & antiquos amicos, familiares & ministros retineret.

DCCCCLVIII.

Se enim re ipsa expertum, in quæ, quantaq; discrimina, vel unica hac de causa venisset, quod excellenti probataq; virtute & fide viros ab aula pepulisset.

DCCCCLIX.

Planè, qui post Principem invisum & cuius Imperii pænitet, Principatum acceperit, is veteris aule ministris abjectis, probos & expertos rectè adsciscit: *Innoc. Gentilet. 1. advers. Macciav. theor. 2.*

DCCCCLX.

Coronidis loco dubitari potest: *An Legatus, vel eius*

lius minister aulicus, qui propter supervenientem senectutem, vel aliam infirmitatem, Legationi vel officio amplius superesse ac sufficere nequit, propterea removeri, reprobari, ac dimitti possit? Quod regulariter nego: ex c. quamvis triste. 8. q. 1. & ibi not. per Archidiaconum. & per not. in c. 1. de paroch. & per Br. in l. 1. §. Divus. per illum 1x. D. var. & extraord. cognit. Gail. 2. obs. 44. n. 12. & 13.

An minister aulicus, qui propter senectutem suo officio superesse non potest, removeri debeat?

DCCCCLVII.

Sic Alc. tradit. in tr. presunt. reg. 3. presunt. 19. n. 7. inf. n. de Doctoribus & Professoribus Academicis si diutius in servitiis Principis fuerint, & in illis consueverint, spectare ad Principis curam, providere in senectute sua indigeant. per l. Lucius. ibi: Veteranis in premium assignata. D. evict.

DCCCCLVIII.

Atque ita in quibusdam Academiis professoribus senescentibus, ut jam professionis labores amplius tolerare & sustinere non possint, nihilominus annuum stipendium, quoad vivunt, maxime indigentioribus prestari solet.

DCCCCLIX.

Atque hæc si non omnia, præcipua tamen sunt, quæ de personis & officio Legatorum in genere dici possunt: quæ qua potui brevitate ad finem perduxim, additis interdum doctorum virorum testimoniis: ne me quis, licet in re valde

dissi.

Q 3

disimili, Domitianum imitatum obicere possit, qui plurima
opera incendio absumta restituit, sed omnia sub titulo tantum
suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Sueton. in Do-
mit. c. 5.



Deo soli Gloria,



Atque hoc si non est, praeferat tamen hunc casu
deperditis de omnibus istis inchoatis et inchoantibus
que postea inchoantibus et inchoantibus
gloria virtutis et inchoantibus. de quo, hinc inchoantibus
dicit.

Nobi-



Nobilissimo Dn.
IOAN--ERNESTO A VVORM.
Equiti Thuringo.

PRO LEGATIS DISPVTANTI,



ORMI ô! viridi quondam mihi cognite in Elm,
Heic, ubi CaselI auscultauimus aurea dicta,
Atticæ apis, recto & ducentis filo Ariadnæ:
Nunc te SETSERI eximii prudentia fingit
Et patria civem, atq; illustris Curia alumnum
Deinde futurum, ut te vili namq; eximit ævo
Nobilitas gentis: sic mens quoq; ad ardua ducat,
Nil humile aut fluxum meditantem: Sed quibus in-
gens

Perpetuatur honos, & laudum fama perennis.
Maçte tua ô tanta virtute! & pergito WORMI:
Exspectat summo iam dudum in limine Honoris
Te Phæbus, neq; enim te ludant carmina amici.

Samuel Scarlach.

F I N I S.

Handwritten blue ink scribbles and markings at the top of the page.

IOANNES ERNESTUS A VVORM.

Edidit Thimothaeus A 222

PRO LEGIBUS DISSENTIENS

Faint, mostly illegible text in a Gothic script, possibly a preface or introduction. It appears to be a mirror image of text from the reverse side of the page.


Second block of faint, illegible text in Gothic script, also appearing to be a mirror image from the reverse side.

Samuel Schlachter

F I N I S

Handwritten blue ink scribbles at the bottom right of the page.





B.I.G.

Farbkarte #13

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue

II R
5212

LEMIAE RI SILES. IC.

egatus:

*Legatis Principum &
Rerumpubl.*

us politicus:

bars illa juris publicæ

*de Legationibus,
arumq; jure est,*

genter explicatur:

*eg, questiones; quæ
tatem, autoritatem, & excel
i & hominis politici perti
t: excutiuntur:*

autore ad exami:

*tus, in illustri atq; celeberris
mia FRANCOFORDIANA*

*Respondente
RNESTO à VVORM
obili Thuring.*

*nte, a. d. XVII. Ianuar. Ann. 600.
uditorio majori.*

Andrea Eichornis.

[1600]